

Lymbus
Művelődéstörténeti Tár
III.



Szeged, SCRIPTUM KFT.
1991

JATE Egyetemi Könyvtár

Szeged

Legalsó dátum a kölcsönzés határideje.

Kézedelmi díjat számolunk fel

a később visszahozott könyvért!

~~2003 JÚN 30~~

A borítón *Christoph Plantinnek* a
De libero arbitrio et meritis bonorum operum
assertio catholica (Antwerpen, 1575)
című kiadványán használt nyomdászjelvénye
látható

Lymbus
Művelődéstörténeti Tár III.



Lymbus
Művelődéstörténeti Tár
III.

Szerkeszti
MONOK ISTVÁN PETNEKI ÁRON

A 137227



JATE Egyetemi Könyvtár



J000100635

ISSN 0865-0632

TÁR TALOMÍVÉNY

Létrehozására hivatalosan 1991. június 1-jén

Lymbus

Művelődéstörténeti Tár

III.

EGYÉNI KÖNYV A BUDAPESTI MŰVELŐDÉSTÖRTÉNETI TÁR
Gyűjteményéből (1891)

CRUZIUS THÓR: László Szabó könyvek "Képes Művész" kiadásainak részletei (1891-1912) - összeírás

VASÁRHELYI MÁRTÍN: Jánoska Józsefnek az 1860-1870-es években írott művei és írásai

NEMETHI K. KAROLINI: 1879-től 1910-ig alkotásokról, kiadványokról, kiadásokról, kiadókról, kiadók címereiről, emblémáiról

Műszaki Regiszter

Budapest
az MTA Művelődési
Jelöltségműveinek gyűjtőhelye

Szeged, SCRIPTUM KFT.
1991

Készült
a József Attila Tudományegyetem
Központi Könyvtárában

Lektorok

Keycházi Katalin
Ötvös Péter
Varga András

Megjelent
a SCRIPTUM KFT. és az
Illyés-Alapítvány támogatásával
a Kulturális és történelmi emlékeink feltárása,
nyilvántartása és kiadása főirány
programja keretében

TARTALOMJEGYZÉK

Inhaltsverzeichnis

BODNÁR ÉVA: A bolognai Collegium Illyricum-Hungaricum törvényei (1591)	7
GRÜLL TIBOR: Lackner Kristóf beszéde Sopron város dícséretéről (1612)	45
P. VÁSÁRHELYI JUDIT: Johann Joachim von Rusdorf válogatott levelei	99
NÉMETH S. KATALIN: Magyar vonatkozású lovagi játék a heidelbergi fejedelmi udvarban (1682)	173
Mutató (Register)	195

BODNÁR ÉVA

A bolognai Collegium Illyricum-Hungaricum törvényei (1591)

Az 1553-ban Paulus Zondinus által alapított kollégium működése kezdetétől a horvát és (kisebb részben) a magyar historikusok érdeklődési körébe tartozott.¹ XVI. századi törvényei ennek ellenére nem jelentek meg még teljes terjedelmében nyomtatásban.² Az alapító okiratot közlő Vj. Klaić ismerte a most kiadandó dokumentumot, de megelégedett egyes artikulusok idézésével.³ Mivel ez utóbbi közlemény sem ismert a hazai szakírók előtt, indokoltnak láttuk a teljes terjedelemben való kiadást — szerk.

**Regularum instructionis literarum fassionalium et donationalium etc.
Collegij Hungarici Bononiae fundati, exemplar et copia de uerbo ad
uerbum descripta Bononiae 1591**

Index Regularum Collegij Hungarici Bononiae fundati

De Collegio Hungarorum Bononiae a Sede Apostolica nondum confirmato post mortem fundatoris Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis labore, ut ad instar aliorum Collegiorum confirmetur.

Articulo 1 folio 5

Domus seu Collegium Bononiae fundatum uocetur Domus seu Collegium Hungarorum.

Articulo secundo folio 5

1 A részletes hivatkozás-sor helyett csak utalunk az első és utolsó összefoglalásra (ez utóbbiban a kollégium történetének teljes bibliográfiája is megtalálható): Georgius PATACHIICII: *Gloria Collegii Ungaro Illyrici Bononiae fundati*, Bononiae, 1699; *Annali del Collegio Ungaro-Illirico di Bologna 1553-1764. a cura di Gian Paolo BRIZZI e Maria Luisa ACCORSI, con saggi di Gian Paolo BRIZZI, Damir BARBARIC, Péter SÁRKÖZY*. Bologna, 1988, CLUEB.

2 Talán mert az előzmény korabeli nyomtatványként kézbevehető volt: *Statuta Bononiensis Collegii quod Ferrerium nuncupatur*. Romae, 1543.

3 Vj. KLAJĆ: *Pavao Zondinus i osnutak ugarsko-ilirskoga kolegija u Bogni (1553-1558)* = *Vješnik hrvatskog zemaljskog archiva*. 1912. 186-220. A dokumentum mai lelőhelye: *Archiv Jugoslavenske Akademije Znamosti i Umjetnosti*. II. d. 8.; 1625-ből való másolata: *Nacionalna i Sveučilišna Biblioteka*. R 3900.

Quod Canonici et Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis liberam facultatem eligendi, mittendi suscipique mandandi scholares habent, in Collegium illud Bononiae, sive quorum consensu nullus ibi recipiatur, sive sit de Hungaria sive de Sclauonia.

Articulo tertio folio 5

Dc poena puniendi modos in illo loco uidendum.

Articulo et folio codem.

Quod nullus sinc litteris Capituli in illud Collegium recipiatur.

Articulo et folio codem.

De uita moribus et fundamentis in Grammatica et Logica mittendi Bononię examinandum esse, si sit de legitimo thoro natus, alienus a suspicione haereticorum Lutheranorum, seruaturi fidem Catholicam quam Romana Ecclesia tenet et profitetur, alioquin poenam incursaui.

Articulo codem

Quod scholares intra triennium solummodo in Collegium quattuor ponantur.

Articulo 4 folio

Scholastici fiant de Hungaria et Sclauonia.

Articulo codem

De Electione Prioris in die Conuercionis Sancti Pauli.

Articulo 5 folio 6

De Juramento Rectoris Collegij Hungarorum et officijs suis per annum circa Collegium praestitis.

Articulo codem

De Jnuentario omnium bonorum ad ipsum Collegium spectantium et expensis per Rectorem in anno suo fiendis.

Articulo sexto folio 7

De non alienando seu impignorando aliquid de domo et possessione sub poena expulsionis a Collegio audeant et possint.

Articulo 7 folio 7

De domo et possessione per Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis non alienanda, uendenda seu impignoranda, non obstante quod Jus patronatus habeat.

Articulo 8 folio 7

De qualitate Scholarium Boniam mittendorum, ut non sint nimia paupertate oppressi, neque multum diuites.

Articulo 9 folio 7

De Septennio continuo quo Scholares in dicto Collegio manere et uictu parco sustentari possint.

Articulo decimo folio 8

De Doctoratu Scholarium.

Ibidem.

De uiginti quinque scutatis in primo ingressu a quolibet in Collegium recipiendorum soluendis.

Articulo codem folio 8.

De actate suscipiendorum in Collegium illud, et illorum experientia in rebus agibilibus.

Articulo 11.

Nota: Quod scholares dabita nulla sine licentia prioris et aliorum Collegialium contrahere uel fide iubere pro alijs possint sub poena dupli et expulsionis a Collegio.

Articulo duodecimo folio 8.

Quod nullus Scholarium Collegij dicti uestes de serico seu ueludo extreiores, aut etiam supiczam, biretum aut sotulares tam intra Collegium quam extra in publice gestare possit.

Articulo 13 folio 9

De habitu et uestitura Scholarium, qui sit Clericalis, talaris, a laicali penitus distinctus.

Articulo codem folio 9

De memoria pro anima fundatoris et aliorum benefactorum Collegij omni dic fienda.

Articulo decimo quarto folio 9

De famulo, Coquo uel Ancilla uetula quac Camisias lauet.

Articulo 15 folio 9

De honore et obedientia Rectoris, a Scholaribus exhibenda.

Articulo 16 folio 9

De aconomo qui omnes Introitus domus custodiat et expendat et Juramento eiusdem.

Articulo decimo septimo folio 9

De pecunia de fructibus Villae congesta et in archa communi reposita et custodienda.

Articulo decimo octavo folio 10

De archa seu loculo in quo pecunia Collegii repentina sit et suo tempore extrahenda ad expensas etc.

Articulo 19 folio 10

- De facultatibus in quibus scholares dicti Collegij lucubrare debeat. Articulo 20
- De examinandis Scholaribus Bononiam mittendis, corumque Juramento. Articulo 21 folio 11
- De disputatione et exercitio literario discipulorum Collegij praefati et poena negligentium. Articulo uigesimo secundo folio 11
- De cubiculo semel assignato non mutando, nisi secuta uocantia. Articulo 23
- Quod famulus Collegij uel Coquus nulli Collegialium sine Rectoris annuentia seruant. Nec aliquis sodalium famulum pro se teneat. Articulo 24 folio 12.
- De mulieribus in Collegium non intromittendis, nisi infirmitatis causa. Articulo uigesimo quarto folio 12
- De externis causa uictus non inuitandis. Articulo 25 folio 12
- De peregrinis suscipiendis, et illis charitatem ostendendam, alijsque petentibus eleemosynam clargienda. Articulo codem folio 12
- De exsequijs in Collegio sodalis demortui honorandis et illo sepeliendo. Articulo uigesimo sexto folio 12
- De donationibus causa mortis uel inter uiuos Collegio datis uel legatis, nullus de Collegio se intromittat. Articulo 27 folio 12
- De hora prandij et coenae et Benedicenda mensa, et ea finita gratiarum actione. Articulo uigesimo octauo folio 12
- De Jeunijs ab Ecclesia statutis in Collegio illo custodiendis. Articulo 29 folio 13
- De uictu quotidiano in dicto Collegio administrando. Articulo 30 folio 13
- Quod omnes Collegiales bis in anno reconcilient se Deo uel confiteantur peccata sua, semel ad festam Nativitatis domini, secundo ad resurrectionem eiusdem, sacramentumque corporis Christi accipient sub poena incurrenda. Articulo 31 folio 13.

Idem Scholares diebus dominicis et festiuis si non alios missam et sermones publicos audire teneantur.

Articulo ut supra folio 14.

Quod nullus in Collegio Haereticorum libros legere aut apud se habere, dependere, uel eorum sectam docere, aut de illa disputare audeat, poena etc.

Articulo 32 folio 14.

De ludo quod nullus Collegialium in domo, nec etiam extra alea, taxillis, chartulis etc. ludat sub poena etc.

Articulo 33 folio 14.

De Blasphemia et maledicto abstinentium.

Articulo 34 folio 14.

De furto in domo seu Collegio commisso et poena incurrenda.

Articulo trigesimo quinto folio 14.

Nullus discipulorum sine licentia Rectoris rus ad possessionem Collegij exire audeat, remittendi tamen animi et infirmitatis causa Rector ad paucos dies non deneget licentiam.

Articulo 36 folio 14.

De armis non deferendis sine licentia Rectoris.

Articulo 37, (folio) 14.

De percussoribus, rixantibus et discordiam seminantibus in Collegio.

Articulo codem

De sedicioris et immorigaris et contentiosis et non souentibus concordiam.

Articulo trigesimo octauo folio 15.

De claudenda porta et clauibus Rectori ad tenendum consignandis.

Articulo trigesimo nono folio 15.

Quod nullus in Aula mensa iam instructa panes et alia apposita ad illam rapere uel auferre audeat.

Articulo 4 folio 15.

De conuiuijs, compotationibus et colloquijs uanis in Collegio cuitandis.

Articulo codem, folio 15.

De Capella in domo Hungarorum auctis rebus Collegij ad honorem Conuersionis Sancti Pauli fienda.

Articulo 41, folio 16.

De Religiosis in aliquo ordine professis alias Regularibus, Coniugatis, infamibus, in consortium dicti sodalitij non admittendis.

Articulo 42 et ultimo, folio 16.

Minuta literarum a Capitulo Scholaribus Bononiam mittendis dandarum,

Et quoddam articuli appressi.

Instructio in rem Collegij Hungarorum Bononiae.

Literae Fassionales	folio 18.
Literae Donationales	folio 20.
Breue quale inpetrari debeat a Summo Pontifice telos	folio 22. folio 26.

Capitulo Scholaribus

et universitatis regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Capitulo Scholaribus, et regimur, et regimur, et regimur, et regimur.

Principium Regularum

Ego Paulus Zondinus Episcopus Rosonensis Ecclesiarum Strigonensis et Zagrabiensis Praepositus maior etc. pro tenuitate facultatis meae in Italia, Bononiae de Anno 1553 unum Collegium Scholarium pro natione Hungarica et Sclauonica Deo propicio fundavi: et anteaquam a Sede Apostolica confirmationem obtineat, infra scriptos feci seu edidi Articulos, quibus Scholastici in illo sodalitio tanquam proprijs legibus et statutis confirmatis uti, regi, moderarique debeant; Transgressores corundem poena in eis expessa puniendi.

De Collegio Hungarorum Bononiae extracto, a Sede Apostolica nundum confirmato post mortem fundatoris, Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis laboret, ut ad instar aliorum Collegiorum confirmetur.

Articulus Primus

Quoniam Collegium Hungarorum Bononiae fundatum, huiusque certis impedimentis interuenientibus, nec a Sede Apostolica, nec a Senatu Bononiensi confirmari potuit ut debuit, Collegia namque tam Ecclesiastica quam secularia in Ciuitatibus, Oppidis uel uillis, sine consensu et approbatione Principum et Magistratum non possunt erigi seu construi: Ideo dominos Canonicos et Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis rogatos esse uelim, obsecrans, ut me a Deo ad hoc seculo vocato, et Collegio a Sede Apostolica non confirmato remanente, accurate curent et dent operam diligentem et solicitam, etiam Regiac Maiestatis et Dominorum Praelatorum, praesertim Reverendissimi Domini Pauli, moderni Praelati dictae Ecclesiae Zagrabiensis medio et auctoritate, Sedes Apostolica Collegium illud Hungarorum Bononiae ad instar aliorum Collegiorum in Ciuitate illa Bononiensi fundatorum priuilegijs et immunitatibus concessis dignetur confirmare.

[Domus seu Collegium Bononiae fundatum vocetur, Domus seu Collegium Hungarorum.]

* A kurzíval szedett szöveg korabeli, de más kéz írása.

Articulus secundus

Quod domus illa seu sodalitium Bononiae in Campo Sancta Mariae Magdalena non procul a ruina pallatij Dominorum Bentiuolorum sita et existens pro Collegio aliquot scholarium de Hungaria et Sclauonia erectum domus seu Collegium Hungarorum uocetur; ne de fundatoris nomine nuncupatum aliquid gloriolae fundator sibi acquisiuisse videatur.

[Quod Canonici et Capitulum Ecclesiae Zagabiensis liberam facultatem eligendi mittendi, suscipique mandandi scholares habent in Collegium illud Bononiae, sine quorum consensu nullus ibi recipiatur.

Item de poena puniendi malos in illo loco.

Item quod nullus sine literis Capituli in illud Collegium recipiatur.

Item de vita, moribus et fundamentis in Grammatica et Logica mittendi Bononiam examinandum esse, si sit de legitimo thoro natus, alienus a suspicione haeresis Lutheranae, seruaturi fidem Catholicam quam Romana Ecclesia tenet et profitetur, alioquin poenam incursuri.]

Articulus tertius

Item quod Domini fratres nostri Canonici et Capitulum Ecclesiae Zagabiensis, quibus in uita nostra Juspatronatus Collegij praedicti, ex certa nostra scientia, et animo deliberato, spontaneaque uoluntate dedimus, concessimus et contulimus, prout tam literae nostrae Donationales Jurispatronatus huismodi Capitulo Zagabiensi datae; quam etiam fassionales Venerabilis Capituli Ecclesiae Strigoniensis de eadem donatione Jurispatronatus emanatae plane attestantur, habent liberam facultatem, eligendi penendi(!) mittendi suscipique mandandi Scholares in illud Collegium Hungarorum Bononiae, sine quorum consensu, approbatione et annuentia, nullus ibi suscipiatur, incorporetur et uictu nutriatur, siue sit de Hungaria, siue de Sclauonia, quos etiam qui digni castigatione reperti fuerint, corrigendi, emendandi, puniendi, et iuxta qualitatem uitiorum et facinorum dejiciendi, et alias loco expulsorum substituendi. Item Capitulum potestatem habeat literarum uero gratia a Capitulo per Scholares in Collegium mittendos impetrandarum tenorum in fine articulorum istorum poterit uideri (folio 16.). Volentes ut anteaque aliquis illuc admittendorum literas huiusmodi obtineat de uita moribus et fundamentis qualia in Grammatica et logica habeat examinetur: et si sit de legitimo thoro natus; alienus a suspicione heresis Lutheranae, conuenit

enim, Ex eleemosynis uecturi, fidem Catholicam iuxta Sanctae Romanae Ecclesiae ritu et doctrina teneant et profiteantur. Qui de Heresi tali suspecti fuerint semel et iterum per Rectorem et alios sodales admoniti non resipuerint e consortio auctoritate Capituli expellentur seu excludantur denegato omni uictu.

[Quod Scholares infra triennium solummodo in Collegium quatuor ponantur, et quod scholastici siant de Hungaria et Sclauonia.]

Articulus quartus

Quod Scholares infra triennium quatuor ad minus in Collegium illud ponantur, cum non bene mihi constet de prouentibus possessionis uel fructibus quot personae ali et honeste nutriri possint illis habito fructuum augmento poterunt sex uel octo suo tempore manere Scholastici uero de Hungaria et Sclauonia ex aquo ponantur; id est, tot sint numero de una lingua quot de altera.

[De Electione Prioris in die Conversionis Sancti Pauli, et de eius Juramento et officijs per annum circa Collegium praestitur.]

Articulus quintus

Quod electio prioris quanto numerus Scholarium multiplicatus erit, in die Conuersionis Sancti Pauli qua Collegiales omnes una congregati deuote audiant mane unam Missam in Parochia in qua domus sita est, data Parochiano Eleemosyna septem Bononiensium fiat uel solenniter celebretur illineque reuersi domum in maiori aula omnes genu flexi dicant uel submissa uoce decantent hymnum, Veni Creator cum uersiculo, Emitte spiritum etc. et oratione, Deus qui corda fidelium etc. sicque illuminati unum de Collegio, cuius probi mores eruditio bona, in agibilibusque prudentia et practica quotidiana explorata fuerit, eligant: nec Electus Electionem, munusque huiusmodi annum subire recusare possit sub poena exclusionis a uictu per annum qui fideliter et diligenter, ut sagax et prudens Villicus omnia negocia Collegij istius tam in Vrbe quam extra illam, in possessione circa fructus colligendos, illosque diuidendos et in usum Collegij conuertendos curam gerat, prouideat ut super talenta sibi credita lucifaciat, sibique illud Eulogium adscribi possit, uel dici; Euge serue bone et fidelis etc. qui in hunc sensum iurare debet. *[Juramentum.]*

Ego N. Rector Collcgij Hungarorum per Reverendissimum foelicis memoriae Dominum Paulum Zondi Episcopum Rosonensis Metropolitanae Strigoniensis et Cathedralis Zagrabicensis Ecclesiarum Praepositum maiorem fundati iuro per haec Sancta Dei Euangelia, me sine odio, amore, timore, prece et praemia capitula et articulos istos et consuetudines bonas huius Collcgij antequam propria statuta edantur et confirmantur bona fide et toto pectore seruatur; utque ab alijs seruentur quantum in me erit effecturum officio meo praeSENTI anno sine fraude et dolo functurum, resque domum possessionem, uasa et alia superlectilia Collcgij omnia secundum inuentarium mihi datum quantum in me erit diligenter custuditur ita me Deus adiuvet et haec Sancta dei Euangelia: sique clauibus Collcgij sibi traditis, possessionem sui Rectoratus accipiat.

[De Inuentario omnium bonorum ad ipsum Collgium spectantium, et expensis per Rectorem in anno suo fiendis.]

Articulus sextus

Quod inuentarium omnium bonorum mobilium et immobilium ad ipsum Collgium spectantium de prouentibus atque expensis ordinarijs atque extraordinarijs regesta Rector teneat, faciat et seruet, omniaque in Anno suo cureret, tam ad uictum quam ad possessionis culturam pertinentia officio fungatur, cuius anno elapsso alter eligatur, cui inuentarium et rationes antecessor reddere teneatur.

[De non alienando seu impignorando aliquid de domo et possessione sub poena expulsionis a Collgio audeant et possint.]

Articulus septimus

Quod Scholares in domo et possessione seu dote illius Collcgij Hungarici nihil unquam propria auctoritate clam uel aperte, siue arbores fructiferas, siue alias uinas, uitium sustentacula, siue alia immobilia quantumuis modica, alienare, uendere, mutare uel impignorare sub poena priuationis et expulsionis a Collgio audeant et possint, etiamsi minima arbor maxime fructifera uendita fuerit, praecedente semper precij arboris solutione expulsionem licet domus illa et possessio ijsdem Scholaribus et eorum collegio collata sit.

[De domo et possessione per Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis non alienanda vendenda seu impignoranda, non obstante quod Juspatronatus habeant.]

Articulus octauus

Quod etiam Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis in domo et possessione praedicti Collegij beneficio Jurispatronatus gaudem nullam proprietatem seu dominum directum sibi usurpare seu adscribere ad effectum alienandi aliquid de domo et possessione praedictis possit, conceditur tamen ijsdem Dominis Canonicis et Capitulo Ecclesiae Zagrabiensis in casu necessitatis uel utilitatis ad arbitrium ipsorum pro temporum qualitate tanquam in domum propriam, cum sint uere patroni illuc ire et res suas pro securitate illic deponere.

[De qualitate Scholarium Bononiam mittendorum, et non sint nimia paupertate oppressi neque nullum diuites, neque beneficiati.]

Articulus nonus

Quod Scholares ad sodalitium illud Bononiam missi et in consortium illud recipiendi non sint nimia paupertate oppressi, ita ut praeter uictum in domo illa administrandum, ad emendum libros, uestes, et alia Scholastica, quae frequenter emergunt nonnulla non habeant expersas sufficientes, ne in illa Ciuitate Italica carentia expensarum uideantur laceri et mendici esse, cedatque nuditas seu alta paupertas in dedecus utriusque nationis praefatae: neque multum diuites, neque qualitercunque Benificiati.

[De Septennio continuo quo Scholares in dicto Collegio manere et Victu parco sustentari possint. De Doctoratu Scholarium et Viginti quinque scutatis in primo ingressu a quolibet in Collegium recipiendorum soluendis.]

Articulus decimus

Quod Scholares de nationibus praedictis per Capitulum Zagrabiensem electi et aprobati, ac consensu ciudem in sodalitium illud causa studiorum missi possint per septennium continuum stare et ibi uictu Collegij et hospitio manere, et studia disciplinarum continuare et

lucubrationum ac sudorum suorum fructuum insignia uidelicet doctoratus in ea facultate quam tanto temporis curriculo professi sunt, Deo iuuante, accipere, et ita repatriare. In primo tamen ingressu unusquisque coaptandus in contubernium Collegij illius anteaquam illi Camera assignetur et ad participationem uictus admittati pro emendis lectisternijs et alijs necessitatibus loci illius Scutatos in auro uiginti quinque, prout in Collegio Anchurani penditur soluat Prior tamen diem, mensem et annum receptionis annotet in suo registo, de illisque ratio reddatur.

[De aetate suscipiendorum in Collegium illud, et illorum experientia in rebus agibilibus.]

Articulus undecimus

Item quod Scholares huiusmodi non suscipientur in Collegium illud nisi quod attigerint aetatis suae annum uigesimum quintum, et studuerint prius in aliquo generali studio annis tribus, ut prouecti in Grammatica et Logica et alijs liberalibus artibus ut in celeberrimo illo Gymnasio Bononiensi in maioribus disciplinis, Sacra Theologia uidelicet Juribus et forsan etiam Medicina citius proficent et doctiores euadant: Illud etiam considerandum esse ut tales missi suis sudoribus, fatiga et laboribus proprijs uictu et amictu acquirere, aliasque miseras perferre didicerint, rerumque gerendarum in mundo prius experientiam docti fuerint, quia delicati iuuenes et in uoluptatibus nutriti, petulantes et tumidi, ad contentiones et iurgia parati, dilapidant potius quam expendunt et debita qualiacunque (modo credatur illis) contrahunt.

[Quod Scholares debita nulla sine licentia prioris et aliorum Collegialium contrahere vel fide iubere pro alijs possint, sub poena dupli et expulsione a Collegio.]

Articulus duodecimus

Quod Scholares debita etiam unius Scuti sine scitu et speciali licentia prioris et aliorum Collegialium, quantauis necessitate impulsu nulla ratione contrahere possint: Si qui eorum clam contra articulum istum contraxerint, si debitum fuerit unius scuti, quindecim diebus, si duorum uno mense uictu quotidiano priuetur: si quatuor uel quinque et ultra scuta debita contraxerit constito de debito huiusmodi Priori libros uestes et alia supellectilia, quae debitores tales habuerint creditoribus ad manus pro-

debito Prior et sui sodales consignent et dent, et ipsum huius articuli uiolatorem, ipso facto auctoritate Capituli Zagrabiensis expellant et e consilio excludant; Nec Collegium debitum clancularijs grauatum, ut iam a tribus collegiatis factitatum est, cogatur pro illis soluere, neque fide iubent sub eadem poena.

[*Quod nullus Scholarium Collegij dicti vestes de Serico exteriores aut etiam Supiczam(!) Biretum, aut sotulares, tam intra Collegium quam extra in publico gestare possit. Et de habitu et vestitura Scholarium, qui sit Clericalis, talaris, a laicali penitus distinctus.]*

Articulus decimus tertius

Quod nullus de Collegio cuiuscunque sit conditionis uestes de serico maiores, aut etiam supiczam, pileum sine Biretrum(!) vel crepidas aut sotulares, tam intra Collegium quam extra in publico gestare possit, in quo multi huius aetatis iuuenes supra uires suas peccant, quorum parentes forsan in Bochkor domi suae ambulauerunt, contenti solo nigro vel alterius coloris panno. Habitus sit Clericalis usque ad talos defluens, cum manicis, qualem in Italia praescritim Romae, Clerici modesti deferunt, Cappa Hispanica vel alia laicalis uestitura omnino cuitanda, nisi contingat rus in tabaro exire, ad Scholares tamen et in publicum cundo sola talari ueste eundem.

[*De memoria per anima fundatoris et aliorum benefactorum Collegij omni die fienda.]*

Articulus decimus quartus

Quod Scholares omni dic pro memoria et anima fundatoris et aliorum benefactorum, quorum pia subsidia et eleemosynarum elargitio in fundando Colligium accesserunt, legant deuote unum psalmum Misericordia dei cum De profundis, et oratione pro uiuis et defunctis, uidelicet, Omnipotens sempiterne Deus, qui uiuorum deminaris etc.

[*De famula coquo, vel Ancilla, vetula, quae camisias lavet.]*

Articulus decimus quintus

Quod Rector habeat Scrutorem unum cuius opera circa possessionis curam sit sollicita et agat ut possessionis cultura et fructuum illius perceptio recte uadat, recteque de illis ratio exhibeat, qui etiam rem fami-

liarem in domo poterit exercere. Poterit etiam Rector Coquam seu Coetricem unam honestae uitae, aetatisque grauioris, non suspectam lenocinij, quae camisias lauet discipulis et domum mundam teneat, et custodiat, mensam paret, et domestica obeat officia, tenere salarium habeant, prout cum illis conueniri poterit: Alij uero Collegiales non habeant scrutatores in Collegio.

[De honore et obedientia Rectoris a Scholasticis exhibenda.]

Articulus decimus sextus

Quod Rectori supradicto, caeteri Collegiales debitum exhibeant honorem et obedientiam in omnibus iustis et honestis mandatis, et munitionibus, prout inferius in forma Juramenti Scholarium etiam tangitur, alioquin rebelles et proterui ac immemores officij sui auctoritate Capituli Rectori commissa si uoluerit ei concedere puniantur.

[De oecono, qui omnes Introitus domus custodiat et expendat, et juramento eiusdem.]

Articulus decimus septimus

Item quod eadem die praefata Conuersionis Sancti Pauli immediate post electionem Rectoris eligatur unus aeconomus qui triticum et teturi bladum, farinam, panes coctos, uinum, oleum, ligna, aliaque omnia in domo ad usum Collegij necessaria reposita, et quotidie ad uictum distribuenda curare, custodire et moderate expendere uel distribuere debeat, panesque coqui faciat; qui etiam in manibus Rectoris in hunc sensum, tactis Sanctis Euangelijs in praesentia sodalium iurare debebit, se officium ad quod assumpsit est, et omnia quae sibi committentur, iubebuntur(?) et incumbent, fideliter exclusa fraude uel negligentia quantum in se erit, obiturus, Capitula et articulos istos, anteaquam propria statuta aedantur et confirmentur et alias bonas consuetudines Collegij bona fide et toto pectore seruaturum, resque Collegij diligenter custoditurum etc. etc. Rectori ipsi obedientiam, et eidem alijsque sodalibus in licitis et honestis honorem et reuarentiam exhibitorus etc. Idem aeconomus cum Rectore Villam, ambo uel alter eorum uisere, colonum ad colendum agrum, inserendum, plantandum, et ad reliqua huius generis munia subcunda admoneat, ut uberiiores ager fructus afferat, famulumque

supra dictum ad fidam et diligentem exercitationem et culturam circa Villam excitet, stimuletque.

[*De pecunia, de fructibus Villae congesta et in archa communi reposita et custodienda.*]

Articulus decimus octauus

Item aduertendum etiam Scholasticis et maxime curandum ut de pecunia, de fructibus Villae congesta supra uictum, omni anno aliquid pecuniae in archa communi reponatur, ut si inclemencia aeris contingat annonam minus fertilem produci expensaeque ordinariae non sufficient, sit unde quotidiano uictui succurratur: si uero redditus Collegij ita creuerint ut de illis supersit pecunia in maiori uel minori quantitate conseruetur, et una summa ad trecentos uel quadringentos scutos congesta, praedium aliquod ematur, auctisque fructibus, numerus etiam sodalium augeatur.

[*De archa seu loculo in quo pecunia Collegij deponenda sit et suo tempore extrahenda ad expensas.*]

Articulus decimus nonus

Quod Collegium illud habeat unam archam duabus serraturis munimtam, cuius claves alteram Rector, alteram unus de senioribus discipulis habeat, in qua omnes pecuniae tam ex fructibus uillae, quam undecunque corrasae reponantur custodianturque, de qua pro expensis in hebdomada uel mense uno ad res emendas pro uictu quantum sufficient in praesentia Collegialium extrahatur, reliqua pecunia intacta ad futuros usus sodalitij, remanente in eadem archa, de expositisque ultimo die hebdomadae uel mensis, in praesentia, omnium sodalium Rector uel acconomus rationem et computum reddat.

[*De facultatibus in quibus Scholares dicti Collegij lucubrare debeant.*]

Articulus uigesimus

Quod Scholares dicti Collegij tribus scientijs, Theologiae silect Jurium et medicinac operam dent, et unusquisque illorum in professione quam elegerit et ad quam aptior ingenio fuerit in ea labores uigilias, lucubrationesque impendat, in eaque aduentante septennio uel illius

curriculi ultimo anno ad Doctoratum promoueatur: humaniores tamen etiam litteras non prohibeantur studere diebus maxime uacantiarum et festorum ab Ecclesia obseruatorem, scopustamen studiorum sint tres praefatae disciplinae, ut in eis insignia Doctoratus mercatur accipere.

[De examinandis Scholaribus Bononiam mittendis eorumque Juramento.]

Articulus uigesimus primus

Quod missi Scholares a Capitulo per Rectorem dicti Collegij et sodales omnes antequam ad Collegium recipientur, dato eis Cicronis uel alterius authoris classici libro, unde aliquem passum interpraetentur, examinentur, et si placet etiam in artibus fiat scrutinium, an dignus sit in Collegium coaptari, iuretque in hunc sensum. Ego N. de T. Clericus Diocesis etc. in sodalitum Collegij huius Hungarorum susceptus iuro me capitula et articulos istos, consuetudinesque bonas dicti Collegij antequam leges et propria statuta aedantur et confirmentur bona fide scrutaturum, caue quae ad profectum et utilitatem ac commodum sacri istius Collegij hungarorum spectare uidebuntur sollicite et fideliter curaturum promotorumque Collegij item iura ac libertatem pro uirili parte defensurum, secretaque quae in illo tractantur nulli in detrimentum et dedecus Collegij et illius sodalitij foris reuelaturum, Rectori obedientiam, ac eidem et alijs sodalibus in licetis et honestis rebus honorem et reverentiam praestiturum, sic me Deus adiuuet et haec sancta dei Euangelia.

[De disputatione et Exercitio literario discipulorum Collegij praefati et poena negligentium.]

Articulus uigesimus secundus

Quod diebus Dominicis ante coenam sodales omnes incipiendo a Rectore et alijs secundum senium aliquas conclusiones de materia, quam quisque publicibus in scholis audit et profitetur ad portam aulae ponat, siveque argumenta sodalium disputantium sustineat. Et si quispiam corum in hoc negligens, inofficiosus et pertinax fuerit; tali poena nuditetur(?) pro prima disputatione neglecta, quindecim dierum pro secunda unius mensis, pro tertia trium mensium ultimum(?) quotidianum perdat. Et si in posterum contra iuramentum suum noluerit tali optimo exercitio parere

de collegio omnino expellatur. Tempus tamen huiusmodi poterit moderari, ut a Vigilia Nativitatis domini usque Epiphania. Et ad diem palmarum, usque octauam Resurrectionis. A festo Pentecostes, usque Trinitatis. Item per totum Julium, Augustum et Septembrem, et dies duodecim in carnis priuio, si uisum fuerit, ab onere disputandi poterunt supersedere, ut diuinis magis et Messi ac Vindemiac uacent.

[De Cubiculo semel assignato non mutando, nisi secuta Vacantia.]

Articulus uigesimus tertius

Item quod cubiculum semel assignatum non possit mutare, nisi sequente uacantia, in qua cubiculum uadat per optionem secundum senium.

[Quod famulus Collegij vel Coquus nulli Collegialium sine Rectoris annuentia seruiat, nec aliquid sodalium famulum pro se teneat: Et de Mulieribus in Collegium non introducendis, nisi infirmitatis causa.]

Articulus uigesimus quartus

Quod sodales coquum et famulum, qui sint annis uiginti maiores non molestent, aut quoquomodo uexent, irritent uel(!) neque eos aut alterum eorum extra Collegium priuati negocij causa mittant: Sed nec in Collegio famali occupatur, nisi concedat Rector Collegialibus seruant; neque aliquis Collegialium famulum pro se teneat, nec mulieres, cuiuscunq; sint conditionis in collegio introducant, nisi Rector magnae ualetudinis causa concesserit. Peccantem primo in hac re unius mensis alimento, secundo duorum carenc dignum est, tertio e collegio eiendiundus

[De externis causa victus non inuitandis; Ac de peregrinis suscipiendis, et illis charitatem ostendendam: Alijsque potentibus Eleemosyna elargienda.]

Articulus uigesimus quintus

Quod scholares ad prandendum aut coenandum, aut dormiendum externum nullum inuitent, accipiantque ad expensas Collegij, nisi Rector concesserit; Propinquos tamen et peregrinos, si continget illae pertransire charitatue possunt suscipere, et collationem de commestibilibus collegij porrigere, frequenter tamen in grauamen Collegij non fiat, proprijs tamen

expensis illis obsonium poterunt dare. Secus facientes alimento mensis maletandi: Pauperibus tamen hostianti(?) Eleemosynam petentibus aliquid panis, uini, uel quadrans semper detur ne nomen domini in uanum accipiatur.

[*De exequijs in Collegio sodalis demortui honorandis et illo sepeliendo.*]

Articulus uigesimus sextus

Quod cum quis Collegialum in Collegio moriatur, omnes socij exsequias demortui honorent et sepelliant, mediocribus expensis, mobilia tamen defuncti Collegio cedant.

[*De donationibus causa mortis vel inter viuos Collegio datis vel legatis, nullus de Collegio se intromittat.*]

Articulus uigesimus septimus

Item si quid rerum uel pecuniarum ad Collegij commoda ab aliquo datum uel donatum, aut legatum accesscrit, Rector aut aliis de Collegio non audeat sibi retinere, sed Collegio praesentare teneatur, In archam reponendum tempore necessitatis communi consilio et consensu Collegialum extrahendum et expendendum, sub poena dupli, et priuationis emolumendorum et uictus per annum illum.

[*De hora prandij et coenae et benedicenda mensa, et ea finita, gratiarum actione.*]

Articulus uigesimus octauus

Quod hora prandij et coenac omnes sodales pulsata campanella in aula, quac hora finito cantu per tubicines in palatio Vicellegati competens et communis est statuta per Rectorem et publicata conuenient et benedictioni Mensae in prandio et in coena, quam Rector uel unus ex senioribus facturus erit in hunc modum; Benedicite, Dominus, Prandum nostrum etc. Si continget Rectorem abesse, is dimidia parte unius horae expectandus est: Reliquo uero Collegiales non expectentur, neque in absentia aliquid obsonij illis relinquatur, imputantes id suae morae. Omnes igitur modeste sedeant ad mensam secundum senium corundem, nisi ex causa rationabili Rectori significata contingat aliquem eorum

abesse; In nomine domini accumbentos, Deo gratias agentes, quod alimenta per fundatorem ad bonas artes ediscendas illis suppetant, contenti appositis et apponendis, iuxta illud; Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Tandem acceptis cibis gratias agant in hunc sensum, Tu autem Domine miserere nobis etc. Deo gratias etc. Agimus tibi gratias Sit nomen Domini benedictum. Benedicamus Domino, Deo gratias. Pater noster. Fidelium animac per misericordiam Dei requiescant in pace.

[*De Ieiunijs ab Ecclesia statutis in Collegio illo custodiendis.*]

Articulus uigesimus nonus

Quod diebus Ieiuniorem ab Ecclesia statutorem, tam quatuor temporibus, quam etiam uigilijs sanctorum, et in quadragesima Ieiunium caste et sobrie custodiant et celebrent, sub poena et arbitrio Rectoribus infligenda.

[*De Victu quotidiano in dicto Collegio administrando.*]

Articulus trigesimus

Quod cuilibet in dicto Collegio, tam Rectori quam sodalibus, praesentibus tantum quilibet die quo carnes conceduntur, una libra carnium cum obsonio administretur, dimidia in prandio et alia in coena. De uino et pane quantum sufficit: seruata tamen honestate, ne excessus reprehendatur. Diebus autem ieiuniorem in piscibus, ouis, casco, fructibus etc. tantumdem expendatur quantum in carnibus expendendum fuisset.

[*Quod omnes Collegiales bis in Anno reconcilient se Deo, vel confiteantur peccata sua, semel ad festus Nativitatis, secundo ad Resurrectionem eiusdem Domini, sacramentumque Corporis et accipient sub poena immunenda. Item scholares diebus Dominicis et festiuis si non alias missam et sermones audire teneantur.*]

Articulus trigesimus primus

Quod bis in anno omnes Collegiales confiteantur peccata sua, semel ad festa Natalia Domini; secundo ad Resurrectionem ciudem Deo se reconciliantes humilime et unanimiter ad Ecclesiam Parochiale in qua

domus Hungarorum sita est eisdem diebus accedentes, acceptum Sactamentum Corporis Christi reuerenter apud Parochialem Sacerdotem accipient, uel si iusta causa impediti his diebus, uel eorum octauis non possent officium huiusmodi suum exsequi, quam primum occasio data fuerit exsequantur. Si quis autem eorum propria malicia studiose id omiserit, octo dierum portione uictus carcat, Iterumque adnomitur a Rectore, si in sua pertinacia et protervia, ut suspectus de Heresi duorum mensium portione et alimento omnino priuertur: si tertio admonitus in eadem pertinacia persecueratur, e collegio ut cius morbida Authoritate Capituli expellatur: Alis uero diebus, maxime Dominicis et festiuis, pro bono exemplo et deuotione in Deum et animae suae salutem missam et sermones publicos audire teneantur nisi in audienda lectione oportent eos occupari.

[*Quod nullus in Collegio Hereticorum librorum legere aut apud se habere, defendere vel eorum sectam docere aut de illa disputare audeat.*]

Articulus trigesimus secundus

Quod nullus in Collegio Hereticorum librorum legere aut apud se habere aut illorum opiniones docere uel dependere, uel etiam ioco de dogmata illorum disputare, nec etiam concionantes illos aut disputantes audire audeat: Contra facientes e collegio remoucantur.

[*De ludi, quod nullus Collegialium in domo, nec etiam extra aula taxillis, chartulis etc. ludat, sub poena etc.*]

Articulus trigesimus tertius

Quod nullus Collegialium in domo, nec etiam extra, aula, taxillis, tesseris, chartulis et alijs huius generis ludis ludat: Contra faciens admonitus semel unius mensis, secundo duorum mensium, tertio totius anni alimento priuertur: Maioribus tantum festis de licentia Rectoris solatij causa et non pro pecunijs ad horam uel circa discipuli ludere poterunt.

[*De blasphemia et maledicto abstinendum.*]

Articulus trigesimus quartus

Quod omnes Collegiales a blasphemia et maledicto abstineant. Si quis uero Dco, Virgini Mariac, Sanctis Dei, ter maledixerit ac detraxerit, conuictus unius mensis alimento priuctur: Si saepe et saepe maledicta frequentauerit, ita ut non uideatur corrigi posse, de Collegio ejiciatur.

[De furto in domo seu Collegio commisso, et poena incurrienda.]

Articulus trigesimus quintus

Quod si quis Scholarium aliquid etiam medium libram Bononiensem in pecunia, uel rem tantundem ualentem in domo furatus fuerit, redditio furto, et de illius ualore satisfacto, alimento duorum mensium: si furtum plus ualeat uictus sex mensium priuetur; Si castigatus ad furandum redierit, ut indignus Collegio, pellatur.

[Nullus discipulorum sine licentia Rectoris rus, ad possessinem Collegij exire audeat, remittendi tamen animi et infirmitatis causa Rector paucos dies non deneget licentiam petenti.]

Articulus trigesimus sextus

Quod nullus Scholarium sine licentia Rectoris ad possessionem Collegij accedat: Contra faciens, media libra Bononiensis pro qualibet uice puniatur: nisi acris captandi, et remittendi animi uel infirmitatis et recuperandae sanitatis causa oporteat eos illic diutius quam par est immorari, ex licentia Rectoris.

[De armis non deferendis sine licentia Rectoris, et de percussoribus rixantibus et discordiam seminantibus in Collegio.]

Articulus trigesimus septimus

Quod nullus Collegialis arma tam defensiva quam offensiva sine licentia Rectoris portare possit, alioquin acceptis ab illo armis et perditis arbitrio Rectoris, et aliorum sociorum puniatur. Si quis Collegiale suum armis ita grauiter percusserit ut nullus sanguis inde profundatur, omni iure quod habet in Collegio prietur, et ab eo mox expellatur: Si uero non percusserit, sed percutiendi autem arma sumpserit, et forsitan euaginauerit, ad duos menses alimento carcat; Animus uero percutiendi

intelligatur, qui statim post contumeliosa uerba furore irac exagitatus sumpsit arma. Si autem ministrum domus, Coquum uel famulum cum sanguinis effusione uel citra, dum tamen atrox sit percussio, medio anno uictu priuctur: qui etiam percusserit externum extra Collegium quatuor, si intra, sex mensibus nullum emolumentum in collegio capiat. Si quis Collegialis prouocauerit Collegialem alterum ad singulare certamen, animo deliberato, aut prouocasse gloriabitur, duorum mensium uictu priuctur.

[De sediciosis et immorigeris et contentiosis et non souentibus concordiam.]

Articulus trigesimus octauus

Quod nemo intra Collegium uel extra cum socio uel aliquo externo uerbis contumeliosis, etiam sine armis rixetur, uel contendatne post uerba punctiua ad uerbera deueniatur. Contra faciens Prioris et Collegialium arbitrio puniatur: Collegiales tum accensos ad dissidia, quantum in se erit ad concordiam reuocare teneatur. Si quis autem rixantium placari aut in gratiam redire noluerit, admonitusque recusauerit sub poena periurij puniatur omni uictu quam diu in sua persecuerauerit pertinacia extra Collegium maneat. Item si quis Collegialis nutriens factionem alteri rixantium fauicit uel praestiterit auxilium unius mensis poena illi imponatur, promittatque in posterum rixas potius dirimere, quam fauere rixantibus.

[De claudenda porta et clauibus Rectori ad tenendum consignandis.]

Articulus trigesimus nonus

Quod hora prima noctis percussa toto anno porta Collegij per aeconomum claudatur, et clave siue alia secatura firmetur, clauibus Rectori ad tenendum consignatis, nec aperiatur cuipiam qui contra decretum Collegij post portam clausam tardauerit nisi dilicudo illucescente. Item nullus Collegialis clausa iam Collegij porta per fenestram uel muros domus aut alias qualecunque modo intrare uel exire per eandem uiam audeat sub poena periurij, et iuris quod habuerit in Collegio amittendj.

[Quod nullus in aula, mensa iam instructa, panes et alia apposita ad illam rapere uel auferre audeat: Et de conuiuijs compotationibus, et colloquijs vanis in Collegio euitandis.]

Articulus quadragesimus

Quod nullus Collegialium in Aula, mensa iam instructa ad comedendum panes, uinum, caseum, uel fructus et alia id genus comedabilia temere et sine licentia, etiam ioco auferre uel rapere audeat sub poena amittendi prandium uel coenam illam: finitis uero coena et prandio, compotationes et colloquia uana euitent, nisi colloquium tendat in exercitium studiorum et uirtutes capescendas: Unus tamen potus post prandium et coenam non est denegandus petenti. Conuiua et compotationes in festis Scholarium occurrentibus prout in patria solent talia festa sature potius quam honeste magna eduliorum exquisitorum copia exquisita, et uinorum copia praeparata etiam ad aquales potus concendentis amicis multis conuocatis et inebriatis celebrari nullo modo fiant.

[De Capella in domo Hungarorum, auctis rebus Collegij ad Honorem Conuersionis Sancti Pauli.]

Articulus quadragesimus primus

Item quod in domo seu Collegio Hungarorum praefato, auctis rebus Collegij una Capella ad honorem Conuersionis Sancti Pauli in loco decenti et apto construatur, in qua diuina et deuotiones Scholarium peragantur.

[De Religiosis in aliquo ordine professis, alias in Regularibus, Coniugalis, Infamibus, in consortium dicti sodalitij non admittendis.]

Articulus quadragesimus secundus

Quod nullus in consortium Scholarium Collegij praedicti, qui prius fuerit alicuius religionis frater professus uel quacunque causa irregularis, homicida, Infamis, uel coniugatus admittatur seu suscipiatur.

[Et sic finitur numerus articulorum, numero 42.]

[Minuta litterarum a Capitulo Zagabiensi Scholaribus approbatis Bononiam mittendis dandarum.]

Nos Capitulum Sanctae Zagrabiensis Ecclesiae, discretis uiris, Rectori et Collegialibus in Collegio Hungarorum Bononiae studentibus, salutem in Domino Sempiternam. Cum ex constitutione et ordinatione Reverendi Domini Pauli Zondini Episcopi Rosonensis, Metropolitanac Strigoniensis et nostrae Zagrabiensis praepositi maioris, eligendi mittendi, et recipi mandandi Scholares in Collegium Hungarorum, per ipsum Dominum Zondinum isthic institutum facultas spectet et pertineat, hunc dilectum nobis in Christi filium N de T diocesis Zagrabiensis praesentium exhibitem, moribus et uita apud nos commendatum et approbatum misimus ad vos in consortium uestrum suscipiendum et admittendum quare nos rogamus, et nihilominus autoritate Jurispatronatus nostri nobis committimus et mandamus, quatenus cundem N de T infra quindecim dies a die praesentatarum praesentium admittatis, eique de camera, uictu, alijsque necessarijs, iuxta mentem fundatoris sodalitij dicti prouideatis, recepto ab eo iuramento in statutis dicti Collegij expaesso secus non facturi.

Datum Zagrabiae, die et anno tali etc. (1591. 10. Februarii)

[Anno domini 1557 17 Mai Reverendi Domini Johannes Zaiztotius et Johannes Xanthus, ex commissione Venerabilis Capituli Bononiense Collegium Visitantes, sequentes articulos, regulis supra positis fundatoris, apposuerunt, perpetuo obseruandos.]

Dominus Stephanus Leporinus creatus est in Rectorem Collegij Hungarici Bononiae fundati, quod ille iuxta statuta, et suam industriad fideliter administrare debebit, a quo totius Introitus et exitus suo tempore per Capitulum Zagrabiensis non exigetur.

Caeteri Collegiali singuli singulo mense, quoad specialiter a economus eligeretur, diligentem et fidam rationem habeant: quorum quiuis mense completo, coram Rectore et alijs collegiatis rationem reddere teneatur exactam; qui si in aliquo deprachensus fuerit restituat, et si aliquid damni dedita opera fecerit, praeter restitutionem poena in statutis posita puniatur. Post singulum mensem summa exitus expensarum per a economum illius Mensis in regesto subscribatur.

Expensae extraordinariae, quoad aliunde magis prouisum fuerit Collegio, ne sint maiores quam quae praeter uictum Collegiatorem ex fructibus uillae haberi possunt: Et si quid est crediti quod Collegio debeatur id quoque ad extraordinarias expensas insumatur.

Totius introitus et exitus expensarum tam ordinariarum quam extraordinariarum, quae necessario fieri debent, iusta et ordine debito scripta seruetur ratio, quam Rectores pro tempore constituti, exactam de omnibus Capitulo Ecclesiae Zagrabiensis dare debebit.

Maxime considerandum est ut de pane et frumento ad singulam personam collegiati tantum exponatur quantum est moris hic Bononiae per anni circulum.

Reliqua continentur in statutis, secundum quae in timore Dei et mutua charitate collegiati uiuere obligati sunt.

Instructio in rem Collegij

Hungarorum Bononiae fundati.

(data per fundatorem Collegij etc.)

[*Ut Dominus Episcopus Bononiensis superintendatur.*]

Item licet nos Juspatronatus dicti Collegij in uita nostra etnunc Reuerendis Dominis Canonicis et Capitulo Ecclesiae Zagrabiensis dederimus, donauerimus, concesserimus et contulerimus ut electionem discipulorum admittendorum et suscipiendorum in Collegium et regimen Collegij, curamque totam illius et errantium correctionem, punitionem ut pleno iure habeant: Tamen Venerabile Collegium Canonicorum Ecclesiae Zagrabiensis praefatum, magna locorum distantia ab Italia distat, compertumque sit discipulorum illius Collegij, uitam, mores, conuersationem, studium circa litteras et defectus non posse saepe et commode introspici, rimari et cognosci, propterea uisum fuit nobis ad Reuerendissimi Domini Episcopi Bononiensis moderni, suorumque successorum pietatem Christianam, auctoritatem et officium, currere, illique instantissime per Dei amorem supplicare, ut dignetur sua Dominatio Reuerendissima curare, ut collegium illud quandoque per suum uicarium generalem uisitetur, paterneque collegiales illos admoneri facere, ne Scholares illi operam et impensam perdant, veniantque concordes et litteris bonis, ut illorum postulat officium diligenter incumbant: minari malis poenas, tum careeris, tum expulsionis de collegio.

Si Capitulum tenebit unum praefectum seu commissarium in illo collegio, quo gubernat omnia scholares etiam ab insolentijs refrenet, et ad mores et litterarum studia eos impellat, pecunias custodiat, et ad uictum quotidianum expendendum tribuat, non erit necesse ad Episcopum Bononiensem recurrere aut pro uisitatore confugere; alias sic.

[*Repositum faciendum*]

Cogitandum est aliquando ex aeris inclemencia et corruptione pestem inquinariam mundum inuadere in eoque debacchari: Item anni infertilitatem; Item Bella, quorum fructus est desolatio et rerum caritas, propterea opus esset in aliquo Bancho seculo et perpetuo Bononiae uel Venetijs unam summam saltem sexingentorum et scutatorem deponi, in quo per centum solent dari scuta sex uel paulo ultra. Ad quem Collegium ingruentibus tribus malis praedictis, uel uno illorum, suos fructus non ualentes libere colligere, haberet recursum, sadalesque durantibus malis huiusmodi ex illa pecunia bonis temporibus reposita, uiuerent et sustentarentur; purgatis mox temporibus fructus Banchi ut prius sequestrarentur, ad futuras simeles necessitates deponendi: nec tangendi, nisi malorum praemissorum aliquo urgente.

[Vt Collegij memores sint]

Item hortamur in domino et admonemus filios nostros scholares qui in Collegio nostro uirtutibus imbuti, ad successus et fortunae gradus, diuina gratia opitulante prouecti fuerint, dignentur paupertatis loci, in quo actate florida, uitam scholasticam dulcem transgerunt, lucubrationesque et uigilias dies et noctes circa studia sua impenderunt, recordari, et illum pro eorum liberalitate adiuuare, pro animaque fundatoris loci, et aliorum benefactorum quorum subsidio Collegium huiusmodi constructum fuit, Deum orare.

[Per Capitulum Rectori danda plenaria(!) potestas in Scholares.]

Quod Capitulum Rectori Collegij det suam auctoritatem, qua mediente Rector scholares inobedientes, contumaces, rebelles, articulos et statutorum edendorum et editorum transgressores, alioquin immorigeros et tempus inutiliter consumpturos, castigare et punire, ac poenas in articulis istis iuratis, tanquam legibus et statutis editis contentas, illis irrogare possit et ualeat.

[Vt unus de Capitulo sit continue in Collegio.]

Scriptis litteris tam donationalibus nostris quam etiam fassionalibus Capituli Strigoniensis, sigillisque munitis, occurrit remedium singulari, quo unico Collegium Hungarorum Bononiae in suo statu honorati et reputatione perseverare, gubernari durareque poterit, vt Capitulum Zagrabicense continue teneat ibi unum praefectum siue commissarium uel sit Canonicus ille uel externus; uita tamen moribus ac prouidentia, clarus, cui omnes in illo domo et obedient mandatis, in omnibus licitis et honestis, circaque negocia omnia prouideat, et maturo consilio adsit, quo omnes pecunias tam de fructibus possessionis congregatas, quam etiam

liberalitate aliquorum bonorum uirorum uel forsan etiam in testamento legata, in archa communi seruare debeat, de eaque ultima die singulorum mensium, qua a Rectore, de expensis mensis illius danda erit non quantum opus erit ad carnes et alia uictualia in mense futuro est pendendum extrahat, detque Rectori etc. Praefectus ille in numero Scholarium computari, communique uictus uiuere poterit et studere: si frugali illa mensa non erit contentus, de suis impendat.

[Sclauonia quantum se extendat.]

Sclauonia intelligi debet et comprachendi, intra Muram, Drauam, Zauum, Colapem et Voldanum, quantum diocesis Zagrabiensis extenditur, adiuneta Posega usque ad Draui ostia ubi in Danubium se immergit, Exclusis prouincijs uicinis, Carinthia et Carniola, ac Dalmatia, quae etiam, in Italia, Sclauonia uocatur.

[Ut nullus, septem annis non completis, descedat.]

Illud etiam notandum est, in alijs Collegijs, tam Bononiae quam Paduae et Pisis cautum esse, ut recepti in Collegia, septennio non complete, non possint recedere suo arbitrio, sed studia continuare et in eis Doctorari, ut eruditiores reuerantur in patriam: In hoc tamen Capituli erit consultatio et pro patriac statu deliberare, an in nostro etiam collegio Scholares ante septennium non possint recedere, ut omnino Doctoratus insignia accipient.

[Tempus Leporino datum]

Quia Dominus Stephanus Leporinus praesbyter in fundando Collegio nostro Bononiae, multum curac et solicitudinis impendit, possessionemque ad bonam culturam restituit, plantatorum arborum et domus ruralis instaurorum: item in domo acquerenda et alijs Collegij negocijs bonam operam nauauit, cuius ego ministerium tanti feci, quod si de proprijs pecunijs in emptionem possessionis ducentos ducatos exbursasset, Ideo in remunerationem laborem et temporis iacturac dedi illi gratis septennium, a prima martij anni 1557 incipiendo, quo temporis curriculo in Collegio illo manere et communi uictu uictitare, operamque studijs locare: Et si uoluerit ad aliud septennium etiam manere iisdem conditionibus, ut in priori septennio, possit etc. quod in suo arbitrio erit.

[Johanni Zondi tempus datum.]

Item Johanni Zondi de Koloswar, Pronepoti meo, dedi parimodo id est quatuordecim annos. Si utrumque continget intermittere studia, et redire in patriam, corrasum expensas ad duos uel tres annos uterque, non

computato absentiae tempore, possit in collegium redire et continuare annos quatuordecim.

[*Tres adhuc fundator in Collegium mittet.*]

Item alios tres in posterum nominabimus et per literas nostras Bononiam mittemus, coaptandos in consortium Scholarium illorum.

Literae Fassionales

Nos Capitulum Ecclesiac Strigoniensis memoriae commendamus tenore praesentium sequentes(?) quibus expedit uniuersis, quod Reuerendissimus Dominus Paulus Zondinus Episcopus Rosonensis, Ecclesiarum huius nostrae Metropolitanae Strigoniensis et Cathedralis Zagabiensis Praepositus maior Canonicus et Suffraganeus, coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus et retulit in hunc modum: quomodo ipse matura intra se deliberatione prachabita, uolens de rebus suis et bonis a Deo sibi collatis, uita comite, piae disponere, ne post mortem cius, ut multorum opes magnas uidit distractas et male administratas fuisse, distraherentur, dilapidarentur, et hue et illuc raperentur, constituisset in Italia, in Ciuitate Bononiae, ubi Gymnasium colitur in toto orbe terrarum famosissimum, unum collegium scholarium, in quo de Hungaria et Sclauonia aliquot Scholares Collegium facientes ponarentur et uictu nutrimentur fundare et erigere in primis unam possessionem amplam et fructiferam, de anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tertio, septima die mensis Augusti, in agro dictae Ciuitatis Bononiensis, cundo Ferrariam in territorio siue Comitatu partim Venezani, partim Sancti Georgij de Plano, sitam et adiacentem, ab Egregio Domino Caesare quondam Christophori de Rubeis de Vallata, ciue et Notario Ciuitatis Bononiensis, proprijs emisset pecunijs: Deinde in eadem Ciuitate de anno Domini proxime clapso, uidelicet(?) Millesimo Quinquentesimo Quinquagesimo sexto, die decima nona Mensis Nouembris, unam domum non longe a ruina pallatij Dominorum Bentiuolorum, in campos Sanctae Mariac Magdalena sitam et aedificatam a nobili uiro Domino Laurentio quondam Bartholomaci de Refrigerijs, ciue et Mercatore pannorum Bononiensi, similiter proprijs emisset pecunijs; quas, domum uidelicet illam pro habitatione ciudem Collegij et Scholarium praesentium et in futurum successorum corundem; possessionem uero de cuius fructibus scholares illi et successores illorum annuatim sustentarentur uictu et alerentur in dotem domus et Collegij Hungarorum uocati,

animo deliberato et spontanea uoluntate, nullo Juris uel facti errore ductus, praedictis Scholaribus et Collegio eorum, dedisset, donauisset, contulisset, et applicauisset, nullum ius, nullam uim Juris et dominij proprietatem in posterum in dictis domo et possessione sibi ipsi retinenda, sed totum et omne ius suum, omnemque iuris et dominij proprietatem hactenus in eisdem domo et possessione habita praefato Collegio Hungarorum dedit, donauit, contulit, et applicauit, perpetuo et irrevocabiliter tenen(?) possiden(?) pariter et habendi tali conditione interiecta, ut dictum Collegium uel illius scholares in communi uel particulari propria temeritate, nulla unquam etiam necessitate urgente, Capitulo irrequisito, aliquid de domo et possessione, terram arabilem, uites arbores fructiferas, siue alias uiuas uitium sustentauila(?) dupli sub poena, amissionis uictus et expulsionis de Collegio statim alienare, uendere et impignorare possint: Et si alienatis qualicunque colore sequeretur, nulla censeatur fore. Item ius patronatus, curam, defensionem, patrocinium, conseruationem et omnimodam(?) protectionem domus, possessionis et Collegij Hungarorum praedictorem ex nunc animo deliberato, ex certa scientia et spontanea uoluntate, Venerabili Capitulo dictae Ecclesiae Zagabiensis in perpetuum commendasset et commisisset, nullum ius, nullamve iuris et dominij proprietatem sibi ipsi in posterum similiter in eodem retinendo (:talia tamen facultate ponendi quinque Scholares ad dictum Collegium domino fundatori praefato:) sed totum et omne ius Jurispatronatus dictae dotis et Collegij praefati quod ipse Dominus fundator ante huiusmodi Jurispatronatus donatione et collationem in illis habuisset, dictis Dominis Canonis et Capitulo praefatae Ecclesiae Zagabiensis (:sine quorum consensu et expensa commissione ac gratia, nullus in Collegium illud ingredi, incorporari et suscipi possit:) dedisset, donauisset, contulisset et applicauisset: Imo dedit, donauit, contulit, et applicauit perpetue et irrevocabiliter tenen(?) possiden(?), pariter et habendam his conditiniibus interpositis, ut dicti Domini Canonici et Capitulum Ecclesiae Zagabiensis nullo unquam tempore, nullaque necessitate emergente aliquid de domo et possessione praedictis alienandi, uendendi, impignorandi uel pennutandi habeant potestatem, alioquin statim a iure patronatus praefato cadant et de facto ad Venerabile Capitulum Ecclesiae Strigoniensis Juspatronatus huiusmodi transfundatur et plene iure deuoluatur. Item etiam si contingeret fundatorem, Collegio a Sede Apostolica non confirmato, e uiuis excedere Capitulum Zagabiense etiam Regis auctoritate et aliorum

Dominorum subsidio et fauore imploratis, curerit diligenter Collegium huiusmodi pro dictis duabus rationibus ad instar aliorum Collegiorum in dicta Ciuitate fundatorem confirmari, ex numero reipublicae eximi, libertatibus et immunitatibus dotari, priuilegiarie facere. Item si Capitulum Ecclesiae Zagrabicensis praedictum tirannidae thurcica continget, (:Quod Deus auertat:) ita periclitari ut Domini Canonici et Capitulum congregationem Capitularim in aliquo loco facere non possent, eo casu totum Juspatronatus Collegij praefati in Capitulum Ecclesiae Strigonensis praedictum, stante eo in suo statu redundet et transferatur. Quod si hoc quoque in praecepsitum hostili potentia rueret cura protectio et omnimodo conseruatio dicti Collegij Hungarorum ad Serenissimum Regem regni Hungariae legitimum deuoluatur et condescendat. Item quod dicti Domini Canonici et Capitulum Zagrabense, si non omni anno, saltem in biennio uel triennio uisitatorem seu Commissarium unum de suo corpore uel alium bonum uirum, grauem, bonique indicij ad uisitandum Bononiae mittant, uisum scholarium mores, uitam et in studendo diligentiam; Et si qui essent immorigeri, diuagi et statutorem Collegij transgresseres per eundem uisitatorem libere puniri possint: Et si mensura culpac postularet, auctoritate capitulari, etiam a Collegio expellantur atque amoucantur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes litteras nostras sub maiori sigillo emanatas, eidem Domino Paulo Episcopo Rosonensis etc. praefato, duximus dandas et concedendas;

Datum feria tertia proxima post festum Beatae Dorotheae uirginis et martiris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo septimo.

*/Regestrum in Camera actorum Ciuitatis Bononiensis in libro tertio
Decretorum, folio quinquagesimo quinto.*

Per Baptistam Benaccium Notarium Camerae.

*Procurante Stepano Leporino cum Dominis Commissarijs Venerabilis
Capituli Johanne Zaiztocio et altero Johanne Xante. Ultimo die Aprilis
1557]*

Nos Paulus Zondinus D. D. Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Rosonensis Metropolitanae Strigoniensis et Cathedralis Zagrabicensis Ecclesiarum praepositus maior, Canonicus et Suffraganeus etc omnibus ad quos præsentes literæ peruenient in perpetuum salutem in domino. Quoniam ea quae geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solem testimonio scripturaræ perennari, ad uniuersorem noticiam uolumnus peruenire, quod nos illud Diui Pauli mente recolentes, fideles nos debere esse dispensatores rerum nostrarum, ut de bonis a Deo optimo maximo nobis collatis ita dispenceremus, ut in Dei honorem et gloriam, atque suac Ecclesiae Sanctæ utilitatem et commodum uerterentur, non in pompas et luxum. Memoria quoque uersantes quod re ipsa explorati sumus, multorum largas opes post eorum obitum dissipatas, dilapidatas et uarias in partes quaesito quandoque tali quali colore raptas fuisse, aut a testamentarijs etiam exsecutoribus certo non detentas et usurpatas diu multumque cogitauimus quo pacto in uiuis agentes de bonis nostris tanque talentis a Deo uiuo nobis concreditis recte et Christianæ dispensaremus, quæ nobis sua pietate et gratia singulari Dominus Jesus Christus dedit, donauitque; considerant etiam quanta esset in regnis Hungariae et Sclauoniae uirorum Doctorum, quorum prudentia, eruditione, consilioque res tam diuina quam humanæ rite gubernarentur administrarenturque raritas et penuria, et non tam admirantes quam detestantes, quod ex tantis regnorum istorum opibus, inter tot fundationes Ecclesiarum et beneficiorum præcipuum, unum studium generale non fuerit erectum, in quo artes liberales, Sacra Theologia, Canonum peritia, Jurisque Ciuilis Prudentia et Medicinæ cognitio docerentur, constituimus Deo auspice in Italia omnium bonarum artium altrice, et Bononiae, ubi celeberrimum pertotum orbem Gymnasium colitur et floret, in quod tanque ad doctas Athenas, emporiumque literatorem pro descendis bonis disciplinis, et haurienum bonis moribus honestis, optimi studiosi ex omni parte orbis Christiani confluunt, Collegium seu sodalitium scholarium fundare et erigere, pro nostrisque exiguis iuribus possessione ampla; fructiferaque et domo competenti emptis, illud dotare in quo scholares studiosi quatuor, sex uel suo tempore octo aut plures Collegium facientes iuxta qualitatem temporum et annonae ubertatem, de lingua Hungarica et Sclauonica operam bonis artibus per septennium nauaturi ponerentur et uictu nutrimentur. Quapropter duce Deo nostris cogitationibus ad consuman-

dum pium huiusmodi propositum perductis, primo possessionem unam seu uillam cum domo tegete, putco furno et alijs superextantibus aedificijs in agro ciuitatis Bononiensis cundo Ferriam ab ipsa urbe Bononiensi decem milliaribus Italicis, partim in Communi Venezani, et partim in Communi Sancti Georgij de plano ab incolis uulgo alla Scudelara dicta. Tornaturarum seu Jugerum terrae arabilis ducentorum sexaginta, minus aliquibus pedibus sitam et iacentem cum omnibus utilitatibus et fructibus et alijs pertinentijs ad suas certas metas et amplitudinem se extendentibus, ab Egregio Domino Caesarc, quondam Christophori de Rubeis de Vallata, Ciuc et Notario Bononiensi, prout clarius in Instrumento emptionis et uenditionis declarantur et habentur, de anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, die septima mensis Augusti scutatis in auro duobus millibus trecentis et sexaginta emimus, Deinde domum quoque in eadem Ciuitate Bononiensi non longe a ruina Palatij Dominorum Bentiuolorum in campo Sanctac Mariae Magdalena nuncupato sitam et existentem, cum sua curia, horto et alijs aedificijs metis et confinijs quae in instrumento emptionis et uenditionis domus per notarium publicum celebrato, et in archiuio publico eiusdem Vrbis regestrata dignoscuntur conscripta et annotata a Nobili uiro Domino Laurentio quondam Bartholomaci de Refrigerijis ciue mercatore pannorum Bononiensi campi Sanctac Mariae Magdalena, praedicti, et eius haeredibus scutatis in aure quadringentis octuaginta septem cum dimidio, de anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, die decima nona mensis Nouembri similiter emimus quas quidem possessionem et domum iam uniuersis carundem fructibus, utilitatibus et emolumentis imperpetuum futuris eidem Collegio seu sodalitio Scholarium Hungarorum et eorum successoribus in numero prout supra, spontanea uoluntate, animoque deliberato, et nullo iuris uel facti errore ducti, in laudem et gloriam Dei uiuentis et honorem coelestis curiae, ac recipublicae Christianae ornamentum, Regnorumque Hungariae et Sclauoniae commodum, decorem, et utilitatem et profectum, donatione pura, libera simplici, et irreuocabili facta inter uiuos pure et simpliciter, omnibus melioribus, modo, uia iure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuimus imperpetuum ad alendum et nutriendum ac accommodandum praedictum scholarium numerum, donauimus, dedimus, transtulimus, concessimus et applicauimus, imo per has nostras litteras, manu nostra subscriptas et sigillo nostro roboratas, donamus, damus, transferimus, concedimus et applicamus.

Aduenita conditione, quod nullo unque tempore, nec casu aut necessitate qualicunque emergente et urgente idem Scholares de possessione et domo praedictis aliquid etiam palmum terrae propria eorum auctoritate abalienare, uendere, permutare uel etiam pignori adscribere possint et ualeant, ut des huiusmodi ad beneplacitum Dei optentis et usum amantium disciplinas duret in perpetuum. Quia uere nos diu iam in hoc seculo peregrinatos in diesque(?), Strepente senecta oppressos uocari a Domino ab hac uita expectamus, ut opus hoc nostrum pro paupertate nostra fundatum et erectum quod in tam opulentis Regnis dum stabant a uiris diuitibus tam Ecclesiaticis quam secularibus ante hac in iniuriam studiosorum fuit neglectum et penitus emissum (: quod pace illorum dictum esse uolumus :) Dei optimi, maximo auxilio in petra et non in arena fundatum suisce censeatur et augmentum capiat Jus patronatus dicti Collegij et illius omnimodam curam, patrocinium, defensionem et conseruationem Dominis fratribus nostris Canonicis et Capitulo Ecclesiac Zagrabiensis omni meliori modo, iure uia causa et forma, quibus magis et efficalius fieri potuit et debuit, sponte et ex certa nostra scientia, animoque deliberato, uita nostra comite, donatione inter uiuos facta, cessimus, concessimus, dedimus, donauimus, transtulimus et applicauimus, prout uigore et testimonio harum nostrarum literarum manu et sigillo nostris munitarum, cedimus, concedimus, damus, donamus, transcriimus, et applicamus, qui omnia circa Collegium praefatum facere et exercere possint et ualeant, quae ipsimet nos Paulus Rosonensis etc. qui supra, ante donationem, cessionem, concessionem, translationem et in uiuis applicationem huiusmodi facere et praestare poteramus et debebamus, rogantes, et per uiscera misericordiae dei obsecrantes ut Jus patronatus dicti loci seu Collegij Hungarorum in praefata ciuitate fundati, animo grato et beneuolo a suo Zondino dictarum Ecclesiarum praeposito maiore ex nunc acceptent, curamque patrocinium, defensionem et conseruationem eiusdem Collegij et illius dotis, tanque ueri et legitimi Patroni et protectores (: salua tamen facultate ponendi, et locandi per nos Scholares quinque in dictum Collegium :) gerant, et omni sollicitudine procurent ut discipuli in domum uel Collegium illud suo consensu, electione, annuentia et auctoritate, prout in articulis a nobis compositis fusius continentur et lege poterit mitti, suscepti et incorporati, sint fide catholica conspicui, candidi et capacis ingenij, morumque compositorum, non diuagi non inutiles, fuci aut obeso ingenio, uitiosque et sceleribus imbuti fiant, ut ueri dispensatores inueniamur, et lucernas ardentes in

manibus praescentes alijs uiam in tenebris commonstremus, De quorum studiosorum meritis, uirtutum uidelicet et uitiorum qualitate, uel ipsi Domini Patroni in praesentia periculum faciant uel iussu corundem Rector cum suis collegialibus Bononiae dum scse in contubernium illud septennale uigore commissionis Capitularis, recipi, admitti, de uictuque suppeditari postulat examine, probatumque et dignum consortio illorum si meruerit in collegam recipiat etc.: Illud etiam Domini patroni animaduertant ne aliquem discipulorum Bononiam ad Collegium illud Hungaricum collocandum recipiendum mittant, qui uigesimum quintum aetatis suae annum non attigerit, nonque studuerit in aliquo generali studio in artibus liberalibus per triennium, maxime in Grammatica et Logica, ut in illo studio Bononiensi omnium aliorum Gymnasiorum Christiani orbis famosissimo, citius scse ad philosophiam, Sacram theologiam et Jura Canonica uel Ciuitalia applicentur in eis adminiculo dictarum artium ubiores suorum studiorum et laborum fructus maturius capessant, neue etiam habeant acceptiōē personarum et sanguinis sui fauore cuius impulsi nimioque plus affecti, in mittendis discipulis illis deuineantur. Non etiam ijdem Domini patroni habentes ex nostra donatione inter uiuos, liberum Juspatronatus ut supra de possessione ac domo praedictis aliquid alienare, uendere, impignorare, aut pro se appropriare possint, alioquin a Jure patronatus nostri illis dato et concesso uolumus eos cadere et ipsum Jus patronatus ad Venerabile Capitulum Ecclesiae Strigoniensis transire, transferri ac pleno iure deuolui. Item etiam obsecramus dictos Dominos fratres nostros Canonicos et Capellani Ecclesiae Zagabiensis ut si in uita nostra Collegium illud non poterit a Sede Apostolica ad instar aliorum Collegiorum confirmari, eximi, priuilegijsque ac libertatibus prouideri et dotari (: quod tum et nos uita comite urgebimus :) Idem Domini patroni current et dent omnem operam et solitudinem, ut Regia auctoritate et Reuerendissimi Domini Pauli moderni Episcopi Ecclesiae nostrae Zagabiensis, qui in Curia Romana plurimum fauoris obtinet interuenientibus, confirmatio necessarium sortiatur finem, Vnde collegio dicto expensa in bona quantitate dubio procul diminuentur: Item domini fratres et Capellani praefati, pro corum officio, si non singulis annis saltem biennio uel triennio, prout eisdem uisum fuerit, mittant Bononiam unum de corpore suo uel externum aliquem, fidum tamen et boni indicij et integre uitae uisitatem, qui uitam, mores, conuersationem et regimen, ne in studendo diligentiam, quantumque eorum singuli in professione litterarum proferrent, tam Rectorisquam

aliorum scholasticorum domesticorumque loci illius introspicat, correctioneque et reformatione quibus domus illa, Collegium et status illius indignerint simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij inquirat ueritatem, corrigatque corrigenda et reformet quea erunt tam in capite quam membris reformanda: Et si opus fuerit iuxta modum et mensuram excessus autorum etiam nedum castiget dignos castigatione, sed etiam auctoritatem Capituli Zagrabiensis dejiciat et expellat, loco expulsi uel expulsoris per Capitulum alius uel alij ponendi et substituendi. Item hortam etiam in domino et admonemus filios nostros scholares, ut si qui corum successu temporis ad foeciliores rerum suarum successus et fortunae gradus altiores Dei fauente gratia, uirtutumque in illo Collegio acquisitarum praesidio questi et sublimati fuerint, recordari dignentur locum illum de se bone meritum subsidio pro eorum beneplacito adiuuare. Item illud quoque non practereundum esse arbitrari sumus si Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis praedictum Tirannide Turcica contingeret (: quod Deus auertat :) periclitari Dominos fratres nostros Canonicos illos oporteret in dispersionem gentium abire, ita ut Capitulum congregationem Capitularem in aliquo loco facere non possent, eo casu totum Jus patronatus Collegij nostri praeformatum in Capitulum Ecclesiac Strigoniensis stante eo in suo statu redundant et transferatur: quod si illud quoque in praecepsum hostili potentia rueret, curam, protectionem et omnimodam protectionem conseruationem dictae domus et Collegij Hungarorum Serenissimo Regi regni Hungariae legitimo commendamus et committimus Regni uero conditio in pristinum statum reuocata et repositata, Capituloque Zagrabensi in integrum restituto, Idem Jus patronatus praeformatum redeat et reuertatur ut prius fuit ad ipsum Capitulum Zagrabensem. Item quia domini Canonici et Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis ab Italia magno interuallo distant, nec poterunt ut oporteret, frequenter, quid scholam in illa domo et collegio Hungarorum faciant intelligere, propterea opus fuit auctoritatem et officium Reuerendissimi Domini Episcopi Bononiensis moderni, suorumque successorem qui in urbe illa continui erunt implorare, ut sua dominatio Reuerendissima dignetur superintendere, curareque aliquando locum illum per uicarium suum generalem uisitare, paterneque admoneri facere, ne scholares illi operam et impensam perdant, uniantque concordes et studijs literarum ut illorum est officij diligenter incumbant: minari malis poenas tam carceris quam etiam expulsionis de loco. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium has litteras nostras,

manu nostra subscriptas et sigillo nostro authentico munitas, dictis Dominis fratribus nostris Canonicis et Capitulo Ecclesiae Zagrabiensis dedimus et concessimus, Actum in Ciuitate Tirnauiae, ubi ad praesens, Strigonio per Turcam occupato, Capitulum Metropolitanac Ecclesiae Strigoniensis residet, in domo solitae nostrae residentiae, die prima mensis Februarij, Anni Domini Millesimi quingentesimi quinquagesimi noni. Praesentibus ibidem Dominis Reuerendissimo Stephano Zakalinizij Episcopo Scopiensie et Suffraganeo, Maiestatis Graeco Lectore et Vicario generali, Petro praeposito Orodiensi et Archidiacono Nitriensi, Blasio de Zatha, similiter Archidiacono Zoliensi, Martino de Gereggie et Georgio Kutassi Canonicis dictae Ecclesiae Strigoniensis, testibus ad praemissa rogatis et requisitis.

Idem Paulus Episcopus Rosonensis Praepositus etc. qui supra manu propria

*[Registratum in Camera actorum Ciuitatis Bononiensis, in libro tertio
Decretorum folio quinquagesimo quinto
Baptista Bernaccius Notarius Cameræ]*

*[Suo tempore in fauorem Collegij Vngarorum, tale breue exemptionis a
Summo Pontifice peti et extrahi debedit.]*

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etsi cunctis Christi fidelibus, ne uexationibus et oneribus grauentur, ex assueto pietatis officio quantum cum Deo possumus, assistere tencamur: Illis tamen eo magis adesse, ac eos specialibus gratijs et fauoribus prosequi nos conuenit, qui literarum studio dediti solicitudine indefessa laborent acquirere scientiae margaritam, ut in Ecclesia Dei fructus possint afforre salutares. Cum igitur exhibita nobis petitio pro parte Rectoris ac Scholarium Collegij Bononiensis per bona memoriae Paulum Zondinum Episcopum Rosonensis, nunc primum fundatum extisset, nobisque humiliter supplicari fecissent, quatenus ipsos scholares dicti Collegij pro tempore existenti specialibus oratijs et priuilegijs prosequendo a solutione quarumcunque gabellarum, datorum, imbotagiorum, macinaturae grani, uenditione grani, uini et leguminum ac datijs salis, cuiuscunq; alterius impositionis perpetuo laborare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ut Collegium ipsum ipsiusque possessiones et bona tam praesentia quam futura ad laudem Dei et honorem, praefati Episcopi perpetuo conseruentur, huiusmodi supplicationibus inclinati, Rectore et Scholares praedictos praesentes et futuros, ipsumque

Collegium a solutione gabellarum, Datiorum, imbotagiorum et machinaturae grani et uini, ipsorumque uenditionis ac liguminum et datijs salis per eorum et dictorum Collegij et possessionum sustentatione necessario-rum, autoritate Apostolica, tenore praesentium, ex mera ac deliberata nostra scientia eximus et liberamus, ac liberos et exemptos fore nuntiamur. Ita ex nunc, in antea perpetuis futuris temporibus, ipsi rector et Scholares nunc et pro tempore existenti de omnibus et singulis fructibus redditibus et prouentibus, in possessionibus dicti Collegij ex crescentibus introitu Ciuitatis Bononiensis, gabelias, Datia, imbotagia, necnon de macinatura grani ac etiam et uenditione grani uini et leguminum, ac datijs salis pro corum sustentatione minime soluere debeant, nec teneantur. Decernentis ex nunc omnes et singulas condemnationes, processus, sententias censuras et poenas quos et quas contra exemptionem et liberationem huiusmodi habere et promulgari: quicquid secus super his a quoque grauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari, irrita et inania, nulliusque existere firmitatis. Et ideo dilecto filio nostro Hieronimo Saulo Archiepiscopo Geniensis moderno et pro tempore existenti in ciuitate praedicta Apostolicae sedis vicelegati et gubernatori, eiusque locum tenenti, omnibusque corundem successoribus per Apostolica scripta, firmiter mandamus, quatenus Rectori et scholaribus praedictis, ac eidem Collegio efficacis defensionis praesidio assistens faciat eos et dictum Collegium exemptione et liberatione praedictis, pacifice frui atque gaudere, et non permittat ipsos, uel aliquem ipsorum uel Collegium huiusmodi contra exemptionem et liberationem praedictam quomodolibet molestari. Contra dictores necnon molestatores quoslibet et rebelles cuiuscunque dignitatis, status, gradus uel conditionis fuerint, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non statutis et consuetudinibus dictae Ciuitatis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, uel quavis alia firmitate roboratis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, et expresa, ac individua mentio habenda foret, caeterisque quibuscunque aut si dictae Ciuitati uel aliquibus aliter uel diuersim a praedicta sit sede inductum, quod interdiu, suspendi uel excommunicari non possint, per Litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae exemptionis, liberationis, nuntiationis, constitutionis et mandati

infringere, uel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum: Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicac.

[...] *Regularum primo datarum adiunctarum instructoris Litterarum fassionalium, Donationalium, etc. 1591. 14. Februarii]*

Zusammenfassung

Éva Bodnár: Die Statuten des Collegium Hungaricum Illricum in Bologna aus dem Jahre 1591

An der Universität zu Bologna hat sich der erste ungarische Student, der dominikaner Paulus Ungarus schon ziemlich fröhlich immatrikulieren lassen. Die Ungarische Nation der Universität (Natio Hungarica) wurde 1265 errichtet. Das Collegicum Hungaricum, dessen Ziel die Verwaltung der finanziellen Selbstverwaltung und der günstigen Lebensumstände von ungarischen Studenten war, wurde 1553 von Paulus Zondinnus (Pál Szondy) gegründet. Die Statuten des Collegium, die die Regeln der Körperschaft detailliert festgelegt haben, wurden 1591 formuliert. Unter anderen werden hier das Lebensalter der Studenten und die Dauer des Studiums genau bestimmt. Die Gründungsurkunde des Collegium wurde 1912 schon veröffentlicht, aber die Statuten werden zum erstenmal hier publiziert.

Dobner Ábrahám Egyed városi jegyző a következő szavakkal ecsettelte Lackner Kristóf szónoki tehetségét a neves polgármester halála után majd' egy évszázaddal megjelent *Curriculum vitae*-ben: „Ha beszédeit akarnám jellemzni, melyeket különféle helyeken, alkalmakkor, és időben tartott, ehhez egy másik beszédre lenne szükség. Legyen elég most csak annyit tudni, hogy azoknak mindegyike tárgyára nézve igen fontos, stílusában választék, jeles gazdagságú, az előadásban pedig nagyszerű: egyszóval saját szerzőjéhez méltó volt. Ha mindeneket a beszédeket, melyeket ez a férfiú követjárásai során és más alkalmakból is bölcsen felvállalt, alaposan megfontolt és hűen előadott, össze akarnám számlálni, előbb menne le a nap, hogysem beszédemnek végére érnék.”¹ Lackner szónoki képességeit azonban nemcsak a politikában kamatoztatta. Ugyancsak Dobner jegyzi fel összes művei katalógusának 5. tételeként a következőket: „Három, a Nemes Tudós Társaság évi ünnepén nyilvánosan elmondott beszéd. Az egyik az általa alapított és kezdeményezett Társaság gyarapodásáról és működéséről; a másik a megboldogult tudós és tekintetes Johannes Puchernek életéről; a harmadik a hazai földnek, Sopronnak dícséretéről, közügyeinek állásáról és szervezetéről szól.”² Mindhárom mű egy Lackner *superexlibris*vel (C. L. I. V. D.) ellátott, pergamenkötésű könyvben olvasható, a fent említett Társaság alapszabályával együtt.³ Az 1604-ben alapított *Foedus Studio-sorum Nobilium Semproniensium*, másnáven *Studentenbund* működésével több helyütt is részletesen foglalkozott Kovács József László.⁴ Kutatásának eredményeit e helyt felesleges megismertelnünk, az itt közölt *Oratio*

* OSzK Fol. Lat. 1643

¹ *Curriculum vitae*, 100. p.

² uo.

^{**} Christophorus Lacknerus Iuris vtriusque Doctor

³ OSzK Fol. Lat. 1643. — fol. 1r-34v: *de vita, laudibus et obitu ... Johannis PUECHIER*; fol. 37r-59r: *Oratio exhortatoria ... ad Confoederatos*; fol. 65v-94r: *Articuli foederis*; fol. 98r-129r: *Oratio de laudibus Regiae atque Liberae Civitatis Semproniensis*.

⁴ KOVÁCS: Lackner és kora, 46-66.; Helikon, 1971. 454-467.

értelmezéséhez azonban feltétlenül tisztában kell lennünk azzal, hogy kiknek a számára és milyen célból írta Lackner Kristóf várostörténeti szempontból kiemelkedő jelentőségű beszédét.

Mint az a Tudós Társaság számadáskönyvéből⁵ kiderül, az eredetileg 17 fővel alapított Társaságnak 1612-ben, a beszéd elhangzásakor, már 36 tagja volt: nemesek és tanult polgárok vegyesen. Volt közöttük kereskedő, gyógyszerész, jegyző, katona, kátor és iskolaigazgató. Többnyire művelt, egyetemet járt férfiak, akik közt azért igazi író-egyéniséget az egy Faut Márk kivitelével nem találhatunk.⁶ Néhányan jelentős könyvtárral is rendelkeztek, ami szintén arra vall, hogy a Társaság esetében a kultúra iránt fogékony közegről beszélhetünk.⁷ Különösen érdekes az is, hogy a szövetségen, amely évente egyszer, pünkösdhétson tartotta összejöveteleit, egymással különben haragban álló személyeket is fellelhetünk.⁸ Ennek okát nyilván Lackner diplomáciai érzékében, és személyes varázsaiban találhatjuk meg. Mi lehetett a célja a polgármesternek a város literátus „értelmiségici” előtt elmondott *Oratio*-val? Mint azt művében többször is kifejtíti: a többiek buzdítása a megkezdett munka folytatására. Sopron története ugyanis cleddig megíratlan (fol. 103v, 106v, 126r), s ezt a foghíjat ez az *opusculum* nem hivatott betölteni. A beszéd vége felé (fol. 127v *ad finem*) ugyan mintha egy készülő nagyobb munkára is utalna - ez minden bizonnal Faut Márk máig kiadatlan *Khurze Verzaichnüs*-c lehetett -, e hiányt azonban többen is érezték. Ezt használta ki például Abraham Hossmann császári történész is, aki 1614-ben kezdett levelezni a várossal, hogy némi előleg fejében igéretet tegyen egy Sopronról szóló monográfia megírására.⁹ Nem meglepő tehát, ha Lackner az *Oratio* kiadását tervezte, mégha mégoly kevessé tekinti is azt komoly tudományos munkának. Batthyány Ferencz írott ajánlólevelében kéri a főúr támogatását, hogy e „csekélye irodalmi mű” napvilágra kerülhessen. Biztosra vehetjük azonban, hogy ez soha nem történt meg, az *Oratio*

5 OSzK Fol. Lat. 1321

6 Róla részletesebben: KOVÁCS: *Lackner és kora*, 54-58.

7 Faut Márk könyvtára (*KtF* II. 11). Ezen kívül említenénk Dobner Sebestyént és Schwanshofer Kristófot (az utóbbi a latin gimnázium rektora), akik jelentősebb könyvtárral rendelkeztek.

8 Például Pucher és Szentbertalany, vagy Kramer és Jeszenszky (vö. IIÁZI Jenő: *Soproni polgárcsaládok*. Bp., 1982. I. 1831; II. 6957)

9 KOVÁCS József László: Hír egy tervezett XVII. századi nyomtatott városi krónikáról. SSz 1964. 264-267.

kéziratban maradt. Bizonyítja ezt Dobner fent említett bibliográfiája, melyben szintén kéziratként említi, míg a valóban megjelent művek mellett akkurátusan feltünteti a kiadás helyét és évszámát is.

Ami a mű történeti forrásértékét illeti: nem szabad elfelejttenünk, hogy Lackner nem tudományos művet, hanem szónoki beszédet írt. Bár Batthyányihoz címzett levelében is említi, hogy művében mellőzte a rétorikus szövirágokat, stílusai mégis félreérthetetlenül manierista jegyeket mutat. Szójátékai, alliterációi, felsorolásai erősen rétorikusak, a stílus élénkítése céljából íródtak, vagyis fenntartással kell kezelnünk történeti értéküket. Áll ez elsősorban a növény- és állatnevek, valamint a kézműves mesterségek felsorolására. (Csak egy példa: az *aratores et vinitores*, *oratores ac viatores* (fol. 117v) felsorolásban teljesen össze nem illő nevek kerültek egymás mellé, pusztán a khiasztikus elrendezés és a paroním hangzás kedvéért). Lackner ugyanakkor meglepő érdeklődést mutat a római régiségek iránt, bár ő is fenntartás nélkül elfogadja a *Sopron — Sempronium* délibábos névazonosítást. Mentségére legyen szólva, hogy ezzel a mitossal csak a múlt század második felében sikerült végleg leszámolni. A városfalak szerkezetének római eredetéről tett kijelentéseit a régészeti kutatás is igazolta. A Bocskay-felkelésről szólva már ismét a szónok kerül előtérbe, de szubjektivitása ez egyszer megbocsátható, hiszen a harkokban maga Lackner is tevékenyen részt vállalt.

Az *Oratio* szellemiségeiben és megfogalmazásában leginkább az egy évvvel később megjelent *Coronae Hungariae Emblematica Descriptio* c. emblematikus munkájával (RMK III,1156) áll közeli rokonságban, sőt a *Corona* II. Mátyáshoz címzett *Epistula dedicatoria*-ja helyenként szó szerinti egyezéseket is mutat.

Az *Oratio* mostani megjelenésével nemesak a soproni helytörténet-kutatás, hanem egész újlatin filológiai és irodalomtörténetünk gyapopodott egy újabb, maradandó értékű szöveggel.

[fol.97v] Spectabili et Magnifico Domino Francisco de Bothian,
Domino in Slaining et Güssing etc. Comiti Comitatum Castriferrei et
Sempronensis, /Sanctissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis Consiliario cis Danubianarum Regni Hungariae partium Capitaneo Supremo/
Sacratiss(im) Caes(arci) Regiaeque M(aies)t(a)is Consiliario Domino
et patrono suo gratiosissimo.

Et genere et autoritate spectabilis atq(ue) Magnifice Domine Comes, patrone omni observantiac cultu honorande. Christophorus Lackhner I.U.D., Sempronius, patrias sive Sempronias laudes, ob insitam omnibus mortalib(us) patriac charitatem (:q(uac) maxima:) levi stylo, omissis Rheticorum et elegantiarum flosculis atq(ue) phaleris conscripsit. Is Tuum Patronum et Tutelare Numen investigaret, Hyperaspistes maior, praestantior et quem p(rac) alijs eligeret, nullus aequa desiderio et palato suo, quam spectabilis atq(ue) magnifica tua Dominatio multum honoranda satisfecit. Quare Illustrissime Comes, patrocinio tuo exiguum hoc atq(ue) levidense litterarum munusculum, nuncupat, mancipat atq(ue) vovet; quo contra omnium invidiae tela atque morsus quasi sub alarum umbella lucem oculo irretorto (:conditionalibus his litteris, favore silicet et gratia speciali M(agniscentiae) T(uae) condecoratis:) intueri valeat; Neve ab ijs qui lynccis oculis quid inadvertent frustra invidente: detrimenti inferre studerent, carbonariave nota idipsum dehonestare niterentur, laedatur, maleque audiat. Dixerint nonnulli: De publicatis publicum solet esse iudicium, quod tamen quia a perpendiculo recti aeq(ui) scilicet et boni e via ad diverticulum migrat interdum. Ideo opem spectab(ilis) atq(ue) Mag(nifichi) D(omi)ni implorabo. Quis author Sempronius, quaeris, Patrone Magnifice? Quid multis, p(rac)missas commendatitias ab authore infrascripto esse datas procliviter deprehendis, quare nec pedum pastorale aliud amplius efflagito, q(uam) prospectam habeo eruditionem; Nec res a te gestae me p(rac)tereunt; Hucusq(ue) Comitatus Semp(roniensis) p(rac)sidum supremum atq(ue) Paterna in litteratos et Suac Caes(arcae) atq(ue) Regiae M(aics)t(a)is fideles, affectio me haud fugit, quae apprime caussae sunt impulsivae quod excellentissimo Dignitati suac hanc inscripserim oratiunculam. Quae nec ideo irrigui esse debet, vel despiciui, q(uam) apella brevis, quam non multa dies p(er) rem domesticam, publicas caussas et quae non repagula sive remoras, ornavit; minus quia multa condigna deprehendi queat inter

operis tenuitatem et Magnificentiac Tuac amplitudinem, ratio et proportio, vcl exemplo Dionysii qui ab Hortulan(o) vcl rosam benigno vultu accepit. Vale Magnifice Vir, ac ex aequo et bono, stricti Juris temperamento oblatum accipe. Quippe munera haec sunt mea. Deus o(mn)is boni author spectabilem atq(ue) Mag(nificam) Dominatione(m) Tua(m) omnibus sibi adjunctis ad Nestoreos, patriae ad oblongos dulcesq(ue) dies, mihiq(ue) diu, sub vite et fici(m) faciliter conservet et tucatur.

Spect(abilis) atq(ue) Mag(nifici) D(omi)ni
addictissimus servus
Ch. Lackhner I. U. D.



De laudibus Regiae atq(ue) liberae civitatis Sempronensis a Christophoro Lackhner Sempronensi I. U. D. conscripta et Anno MDCXII. dic anniversario XI Junij Sempronij praesentibus confederatis S(tudiosorum) N(obilium) S(empronians) habita.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos, ducit; Reverendi Egregij Excellentissimi Doctissimi atq(ue) humanissimi Domini Seniores, atq(ue) contribules honoratissimi; et immemores non sinit esse sui. Nescio, qui in diverbium, veri verbum, re vera devenerit tritum hoc: Patriae charitas maxima; id quod Eloquentiae antesignanus lib. 2. de legib. **ffol. 98v**] luculentus declarat dum inquit Cicero: Pro patria mori et ei nos totos dedere et in ea nostra omnia ponere, et quasi nos consecrare debemus. Porro penitus in eandem sententiam, suam effundit opinionem, ac meridiana luce declarat, quid non cogat amor! ubi ait idem qui supra: Laudandus est qui mortem oppicit pro Re pub(lica), quiq(ue) docet chariorcm esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Id quod et sacratissimus Imperator Justinianus Institutionum Tit. (25 to. I.) de excus. Tut. vel cur. filij, mota quaestione superinde adeo confirmat, ut eum qui Zelo virtutu(m) et patriac amore ductus obierit vivere per gloriam certo statuat; hisce: **ffol. 99v**] Hi enim qui pro Re publica ecclideru(n)t in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Aristo. 2. Polit. id ipsum adstruit, quod denique Tull. 9. Philippicar.: qui Servio Sulpitio quod Legatus ad Antonium in ea(n)dem legatione sibi demandata vitae obicitur cursum, statuam monimenti recordationis gloriaeque instar, ponendam esse suadet; tanquam Ethnicus comprobat. Dixcrit quis, vitam commutare et mortem eligere, maximam esse charitatem; Ast qui sunt exstante, qui exemplo sint posteritati? Inter Athenienses: Lacedaemonius, Aristides, Phocion, Themistocles et Demarathus; Inter Romanos: Collatinus, Camillus, Tarquinius Rutilius et qui non? **ffol. 99v**] Hi omnes patriac iniurias, propter eandem patriam, aequo animo, licet non desuerit vindictae occasio, tulerunt. Heu, quid non cogit Patriac amor! Nescio, qua dulcedine ducat cunctos, quippe supra denominatos heroes, patriac peramantes, non auri sacra fames, non Triumphus, non laurea graminea, non corona aurea, non muralis, non navalis, non obsidionalis, non castrensis ediduxit, sed patriac charitas: Quippe Themistocles his omnibus postpositis, unice amore patrio ductus, sumpto veneno mori maluit, quam Persarum Regi, (qui mirifice cum praeceps, honoribus, Titulis, favore et

praerogativa praeeminentiave complexus est) consilio **[fol. 100r]** auxiliove contra patrios lares ipsamq(ue) patriam, licet ingratam nimis, subsidio esse. Idem praestitit Camillus optimus civis et patriac peramans, qui licet exulatum missus, in ipso tamen exilio, immemor illatarum iniuriarum, patriac succurrere extremo laboranti posthabita omni remuneratione vel praeiorum gloria, studuit. Sed patriac dico charitas, tum quia natura duce id fecerunt ultro, tum quia benemerentibus praemia et pessime de Patria meritis poenae condignae fuerunt praescriptae: Quia honor et suppliciu(m) dicebat Theophrastus, fidelissimi sunt rerum custodes, atq(ue) ob eam caussam, pacna(m) ac beneficium, Assyrios pro Dijs coluisse solitos, arbitror. Ad eandem opinionem confirmandam infinita **[fol. 100v]** possem adducere exempla, quae uno quasi impetu, prout omnium principalium confluxus in Oceanum, eo tendunt, quo patriae charitatem evincant esse maximam, qua vero dulcedine cunctos ducat, moderate et parce attigi quidem, dicere tamen insuper cogor: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit et immemores non sinit esse sui. Quare Reverendi Egregij, Excl(lentissimi) Doctissimi, atq(ue) humanniss(im) Domini contribules mirum adeo videri non debet quod denuo in locum hunc F. S. N. S. vobis tam gratum quam gratissimum ad dicendum surrexerim, qui et meum, erga patriam meam amorem respectu aliorum, quasi per umbram de-/clarare **[fol. 101r]** decrevi, ne alijs praeceptoribus; et num qui susperstites eo ingenij vires corporis itidem, intendunt; laborantibus mihi quiescere fas sit (quod tamen sumnum esset nefas) alijs nam de periclitantibus et laborantibus, nobis quiescere non licet, Vel exc(m)pli praeceptorum de patria benemeritorum. Immo exemplo studioque Philosophi celeberrimi Cynici, Antisthenis discipuli, studium et operam nec non patriae meae charitatem testatam reddere volo eo ipso, nec lacte materno hoc est patriae exsaturatus matrem sive patriam calcibus petam. Is namq(ue) Diogenes quum studium Atheniensium et amorem erga patriam defensionemq(ue) eius, strenue praesente **[fol. 101v]** hostium terrore et impetu cerneret, omnesque in muniendis et defendendis moenibus occupatos, solicitos, industriosque esse, illius tamen opera tanquam philosophi nemo uteretur, nec a quopiam Atheniensium requisitus fuisset, ne in omnium rerum praecepito solus saperet, hoc est, suis studijs intentus dumtaxat, postposita communi Civium salute videretur, dolium suu(m) quod habuit sursum deorsumque indesinenter volvit, eo fine, ut dixi quo animi propensionem in adiuvandis Atheniensibus testatam faceret, sicubi illius ope et auxilio habuerint opus. Hinc

Athenienses qui animadvertisserent candorem, propensum sionem *[fol. 102r]*
et affectionem erga patriam, permagni beneficij et officij loco, industriam
philosophi posuerunt, celebraruntque perpetuum et monumentis et scriptis.
Quis vero et vestrum reperitur qui studium hoc Philosophi summi
improbaret; Vel Atheniensium benevolentiam erga Diogenem et prom-
ptitudinem et (tempestatum fluctibus) iuvandi proposse candorem, non
mecum collaudaret? Is siquidem detexit pro viribus boni viri officium, hi
gratorum hominum beneficium et animus(m) ostenderunt, id quod
utrinque comprobare nec aspernari par est. In quo(m) denique
studium, omnes sanae mentis merito conspirare debent invidentia frustra
invidente. Ad cundem merito modum Reveren. Egr. Doctiss. atque(uc)
Hum. *[fol. 102v]* Dn. Conf. in candem perductus sum opinionem et ego,
patriac meac peramans, animumque commonfactus multis fariam undique
exemplis, qualiter qualiter erga Semproniam meam prae dilectam sedem
declarare; summae animi vestri acquitati confisus; conabor, vel ideo, quod
ij, qui patriam quovis studio promovere; cohonestare, in melius cum
incremento pub. rei perducere pie conati sunt; in primis DEO omnium
laudandarum rerum et actionum authori et promotori; decalogique(uc) et
hagiographis conformem obedientiam et pietatis specimen exhibueri(n)t.
Alijsque ad idem vitae genus incitamentum praebuerint, ne deterioris
conditionis censcantur ij, qui Christianis-/mum *[fol. 103r]* iactitant,
cumque(uc) Christianoru(m) ritu profertur, illis, qui Ethnici suere,
quorum gloria in hoc patriac studio cum nostro sane dedecore, ut lucifer
inter reliquos syderum ignes, eminet, prae cellulit, vel etiam antecedit. Videre id
est ex Cic. verbis: Omnibus inquit qui patriam conservarint, adjuverint,
auxerint certus est in Coelo ac definitus locus, ubi beati aevi sempiterno
fruuntur. Hoc quoque(uc) officij ratio exigit, naturave ipsa, nam idem Cic. I.
offic. ait: Non nobis solum sumus nati, ortusque(uc) nostri partem patria
vendicat, partem parentes, partem amici. Imo hoc ausus est dicere porro:
Quod nemo patriac parem reserre queat gratiam etiam si vitam impendat,
quod elogium non *[fol. 103v]* inconvenienter concludit cum divinac legis
contextu: Si omnia feceritis quae facere debuistis, dicite quod servi
inutiles estis, nisi quod illud dictum, de praesenti patriac studio: hoc de
futura praedicet gloria. In quo autem studio vobis et patriac meac gratum
aque exhibeam officium, magis magisque(uc) vestram benevolentiam et
benignas in hoc Theatro S. N. aures, mihi conciliem, quam si dixero de
patriac laudibus, dubius sum. Quam Provinciam et spartam antehac a
nemine susceptam quia scio plane grave mihi supramodum accidit, labo-

rare, ubi ante actos labores, vel saltem rudera, in hoc studio patriac meac non reperio. Quippe nulla omnino adhuc ***ffol. 104r*** dignata est Oratorum Poetarumve (non dixerim mirificis, sed vel levibus praeconis laudum) memoria Sempronium. Quare Rever. Eg. Ex. Doct. atque hum. Dom. conf. quo sempiterna gloria frui utiq(ue) valeam beatorumq(ue) loco adscribi, cum Patriam augentib. soventibus illustrantibusq(ue) mercari: ubi his patriac civibus et mecaenatibus locum firmum et sempiternum stabilitum per omnia scio: Omni semoto repagulo remoraque qualicunq(ue) vestra omnium singulari humanitatis svadela me semibarbare balbutientem vobis propinare spe in dubia dictionis vestrae divinitus tributae, suffultus, non erubesco, Salva namq(ue) et salutaris res est, vel clingue(m) in arenam descendere nutuve patriac ***ffol. 104v*** saluti consulere. Ego qui propositi caeptique pondus altius indago, dico quod sentio, adeo ventorum fluctuumq(ue) turbulentis motibus me concreddi, ut nisi serena tempestas, id est serena benevolentiac vestrae facies, inclinatioq(ue) fraterna, subsidio mihi venerit, verecundum est, ne in medio caepto, vel erubescam, vel e loco quem ad dicendum elegerim, praeter omnem omniu(m) vestrum opinionem, cum dedecore carbone notatus, discedere cogar; quippe oculiq(ue) mentis, organon visus, si gravitatem vestram conspexerint, tenebricosi immo tenebricosissimi sient; Si autoritatem et singularem, nec non raram eruditioem deprehenderint illico caligant, si totum deniq(ue) ***ffol. 105r*** anniversarij huius diei nobilem concessum, undiq(ue) lustrarint (in quo nil nisi per omnia iudicio limatum discretione illustratum, eruditione politum omni elegantiarum stylo resertum) plane me cacecientem et semicaccum reddent, nisi inquam salva manserit vestra in me singularis affectio, et serena in omnes patriac benevolos facies, de qua nil indubito. Et si propalato, vestrae eruditiois et authoritatis, non satis decore dixero, neminem vestrum crediderim ita rigidum censorem qui studium hoc patriac, ludibrio (quandoquidem factis, non sapiente conatu apertoq(ue) pectore tenuitas mea est impedimento) exposuerit. Estote itaque Doctissimi viri, Conf. chariss. benigni interpretes. Et quia de laudibus Sempro-/niensibus ***ffol. 105v*** me faustis adclamationibus, dicturum despondi, cadit non immerito promissum indebitum. Tantumq(ue) abest, ut propositum meum vitiosum videri debeat, ut apprime in laude ponendum sit. Non tamen id ipsum ut Isocrates, qui pro una oratione a Nicocle Rege centum talenta accepisse legitur. Verum pro sola vestra in me humanitate singulari. Consistere autem laudu(m) claritatem et praeminentiam imprimis et ante omnia: in

antiquitatis praerogativa Dominij excellentia, sub cuius nimirum imperio
quaequa sit Urbs, cuive ad obsequia et tuitionem se referat, Divi-
tarum magnitudine, Saluberrima aeris et caeli temperie, Situ loci, Terri-
torij qualitate; Publicae rei ad-/ministrione **[fol. 106r]**, fertilitate agro-
rum, abundantia commeatu(m) mercimoniorum, rerumq(ue) aliaru(m)
ad victum et amictum apprime necessariarum moenium et propugnaculo-
rum robore et amplitudine, frequentia populi, amnium et fluviorum
praeterlabentium commoditate, Civium dignitate, rerumq(ue) bene ges-
tarum gloria, et quibus non notorium est. Quae omnia si sunt requisita
necessaria, sicuti etiam censemur requisita primaria, quid mihi qui vela
ventis commisi, erit in hoc pelago agendum, quid ex omnibus eligam quo
desiderio et expectationi vestrae satisfaciā me praeterit. Ast, si licet
magnis componere parva, facia(m) quod licet, et quae in alijs summa et in
copia **[fol. 106v]** fuerint, si hic Sempronij infima vel media demon-
stravero, bene mecum agetur, siq(ue) ea vobis obtulero, patriaeq(ue)
meae, ob immortalitatem et gloriam consignavero, ad vestrasq(ue)
devotas aras, cu(m) tabellis rationum mearum dati et accepti, posuero,
non inglorius Excellentissimi viri vestra benevolentia denuo dicam, dixi.

Caepti huius, Inlyta Foederis S. Corona, pondus et difficultatem, in
eo apprime consistere, quod pauci immo nulli reperiantur, qui celebri-
tatem, fundationem vel situm quaqua methodo vel descriptione loci
Semproniensis posteritati reliquissent illi q(ui) vigilijs et immortalitate hac
in re subvenissent *[in proposito est et pala(m)]*. Sic dicere de eo, cuius
principium vitae humanae usura non lustravit perdif-/sicile **[fol. 107r]** est,
difficilis longe dishonestusq(ue) circa hanc materiam singere non visa
non memoriae concedita, praeterque rei veritatem adscribere ea, quae
satius est reticere. Quare quum iacta sit alea, candide et simpliciter
absq(ue) strepitu, *de Sempronia vetustate, hoc dico [de vetustate*
Semproniensis] duntaxat, Eam non novam sed vetustissimam esse, quod
procliviter vel exinde conicere fas est, *[vel divinare par esse autuno]* quod
monimenta undiq(ue) vetustatis reperiantur, non modo in structuris fun-
damentisq(ue) aedificiorum, verum in agro foris, vineis, pratis, faenetis,
quae indubitanter nobilem et claram Semproniam sedem fuisse olim
innuunt quia tot et tam claris monitorijs celebratam comperimus. Si cha-
racteres incisos lapidibus marmoreos spectaveris, Ecce Hebraicos leges, si
moenium cincturas **[fol. 107v]** vel etiam muros aedium lustraveris itidem
videre licet, Si praeter haec cupiveris Romanorum res gestas investigare,
En in domo senatoria sicuti et alibi monimenta latina, litteris latinis,

lapidibus incisa eleganter extant. Numismata si quaeras Romanorum, inveniuntur acque non modo e cupro orichalcoque verum etiam argenteae et quae non? ac magis eo quadrat vetustatis hoc elogium, quod sive aratro glebas terrae proscindant agricolae, sive fossas vitium fodere cura veris vinitoribus interdum sepulturas eruere contingit, in quibus et lucernulas testaceas litteris Romanis inscriptas et vitrea vasa ossibus associata cernere est. Quod sane luculenter etiam comprobatur, a Romanis Sempronio (dicto sapiente) nempe traxisse originem Sempronium, ut qui ex *ffol. 108rJ* urbe Roma colonias huc deduxit quorum vestigia procul dubio haec et similia sunt. Si porro pedem posueris ulterius ad ipsam structuram, maeniu(m) formam, turrium dispositionem et qualitatem, antiquitas ipsa, se primo faciei obtutu tibi offert, Hoc ideo dico, quod antiquissimam evincam, si namque vetustatem qualem qualem declarare vel investigare voluero, levi labore id fieri, quippe privilegiorum cumulus, in Senatoria domo, id comprobatur manifeste, quorum litterae, eius manuductionis et formae sunt, quod vix et nedium vix quidem legi possint.

Clypeos et scuta ubi lustraveris, litteras fere illegibiles reperies forma vero talii, quae nobis nostris temporibus per omnia inutilia et mirabilia censentur, Accervus itidem sagit-/tarum *ffol. 108vJ* antiquissimarum id ipsum demonstrat. *Matthiae porro Primi et invictissimi Regis Hungariae clypeum adhuc elegantem in Senatoria curia, insignibus versicoloribus et aureis litteris exornatum* ecce reperies, in cuius margine haec litterae eleganter auro pictae leguntur *Alma Dei genetrix Maria interpellata pro Rege Matthias*. Hic praeotentissimus Rex Hungariae, eo favore ha(n)e Patriam Sempronensem prosequutus est camq(ue) adeo deamavit confidenter, ut non erubuerit plus minus XX aureos mutuo ab eadem petere, litteris superinde sigillo manuali munitis majoris confirmationis gratia, datis. Quae universa (omissis alijs innumeris nec levibus antiquitatis indicis et argumentis) *ffol. 109rJ* luculenter et egregie docent, non postremo loco locari Patriam hanc inveteratam quae quia gloriam nemini praeripere studet, pariformiter suam nec inferiori, cedit, sua sorte contenta; Et hoc primum esse decus Sempronensem quis putet. Alterum non deterioris conditionis ornamentum est, Dominium Regium cui paret, tanquam Regia et libera Respub. quae Juris sui cursu et appellationis via ad sedem Thavernicalem, inde ad Tabulam Regiam pertinet. Sedem inter reliquas liberas Regni Hungariae, ad Thabernicalem sedem pertinentes civitates, medium obtinet. Qua(n)tum vero cuiq(ue) Sempronij nato laudis et honoris exinde accedit quod in loco libero lucem primo aspicerit, quod sub Regio

diadematet et tutela degat, nemo nisi inglorius ipse, non magni facit *ffol. 109v*] et praedicat. Libertas enim inestimabilis res est. Est itaque (uc) inveterata lege consuetudine et privilegiis immunitatibus libera Respub. sub libero Regno et Regia potestate. Liberum esse Regnum(m) hoc unico probabo, quod Uladislaus Anno Domini 1504. qui praepotentissimus erat Rex Hungariae, quum inutilis et ad gubernacula insufficiens propter morbum apoplexiac redditus fuisset, et Regnum Hungariae Romanorum Regi tradendo nepoti Maximiliani Regis filiam unicam resignare voluisse, a proceribus Regni Hungariae atque Magnatibus praepeditus fuit, qui solum modo ei adsociarunt coadiutorem filium comitis Stephani Magni ut scribit Linturius in appendice ad fasciculum temporum in Anno 1504. Paria nostro seculo in promptu sunt exempla quae *ffol. 110r*] recensere mei non est instituti, quia in manifestis non opus est probatione vel exemplorum Iuriumve allegatione ac coniectura. Sub rege itaque (uc) esse sub excellentissimo Imperio, in libero Regno degere, civem libertate clarum vocari. Iuribus merito scilicet imperio potestate gladij gaudere uti fruique, non levidense DEI donum est, verum singularis DEI gratia, quippe bella declinare hostium insultus interrumperem corumque conatus irritos reddere, tempestatum quorumvis flatus expansis verbis praeterire Regis est, is potest quia vult. Vult autem quia potest, potest autem quia non desunt vires, nec vires recusant subsidia, quia ordo et voluntas altissimi ita ordinavit, (omnis anima potestatisbus sublimioribus subdita sit. Paul. ad Rom. 13.) Ordinationem autem divinam, negligere bonus pater familias qualis revera est optimus princeps *ffol. 110v*] et Rex non solet nec debet. Merito itaque gratulor omnibus Sempronienibus de praesenti Reipub. libero statu, qui ut sempiternae laudi sit nobis omnibus in votis habeo, imprimis ubi cesserit ad Divinae Maiestatis et patriae gloriam slautemque (uc).

Tertium requisitum esse dixi Divitiarum et substantiae magnitudinem, quae quum hic parce nimis et modeste (ut hac phrasim utar) sint, non erubescere parce et modeste ea attingere, quum non entis nullae sint qualitates, et ubi non est, ibi nec fiscus est. Etsi essent adeo, non tamen laudi ducrem diu in divitiarum laudibus inhaerendum esse. Labore siquidem adquiruntur opes, industria fulciuntur opes, concordia crescent opes, desidia amittuntur opes, Et:

ffol. IIIr Stultitiam patiuntur opes morosq(ue) solutos
Et pascunt nugis, otia vana meritis.
Sardanapalae corrumpunt corpora luxu
His comes est avidac crapula amica gulac
At qui his secedit, seq(ue) his putat esse beatum
Ille Midac est dignus qui gerat auriculas.

Divitias per se, benedictionem altissimi, donum et gratia(m) DEI, ac propterea magno loco reponendas esse constat, siq(ue) pro usu necessario fuerint observatae, nec abusus aut contemtus proximi exinde resultarit, laudo bona haec, mediocriter itaq(ue) omnia sunt expetenda, nec Multi dicit Cic. sunt qui divitias despiciunt, quos parvo contentos, tenuis victus cultusq(ue) delectat. Honores vero quorum cupiditate quidam inflam(m)antur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil levius existiment. Item cactera, quac quibusdam admirabilia vident(ur)
ffol. IIIv] permulti sunt qui pro nihilo putent in Laclio. Porro idem 1. offic. Expetuntur divitiae tum ad vitac usus necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Quac singula de nostris divitijs non sunt intelligenda, quae adeo sunt extenuatae ut corum usus necessarius omnem voluptatis et abusus rationem et viam excludat. Vix enim propter expensarum necessiarum, pro conservanda patria, cumulum, panis cotidianus excluso penitus cultus et deliciarum ritu, multis superest et suppetit. Quales quales vero fuerint divitiae hic eae, non ex quaestu usurario, mercatura, dolo consuto fraudeve adquiruntur, Omnia siquidem uber terrae preventus, qui territorij Sompronicensis(!) et proprius ornatus, subministrat; et tales divitiarum adquirendi modos ex sola benedictione omnis boni authoris DEI *ffol. II2r*] resultare et provenire, nemo est qui nesciat, aut non credat, nisi Idiotae vel Ethnicus nos tamen pro hac paterna DEI gratia, qui tantum subministrat, quantum opus est, gratias tantas quantas possumus maximas agimus, habemus et referemus, in sempiterna secula.

Quartum requisitum, aeris temperie, ac Caeli saubritas, nempe (quod non postremum vitac humanae est sublevamen et fundamen) in quantum ab omnibus desiderio summo expetenda, in tantum hic ab authore eius subministratur. Raro enim aut numquam: nis (*pro vis*) flagellum DEI manifestum, utputa pestis saevens fuerit: Caelum noxijs infestum ventis deprehenditur, adeo omnia sunt temperata et hominum commoditatibus accommodata. Circa haec latius disserere cur debeam non reperio, procedo hinc Quinto ad situ(m) *ffol. II2v*] loci et qualitatem

Territorij et politiam sive administrationem Reipub. quae si deberem pro merito illustrare campum laudum amoenitatis cuivis aperirem, inprimis si eae adessent divitiae, quae pro excolendis deliciarum illecebris sufficerent. Ast vela satius est contrahere quam ventis non suffultus medijs: cum periculo ea committere. Ac priusquam de singulis et individuis quoad usus fuerit nonnihil dicere ordiar, pro evidentiâ rei, generaliter adsera(m) gentis allicienda gratia; quae in hoc solo reperiuntur humano generi ad usum praenecessaria, et numquid per umbra(m): si non vestigijs insistere valet Semproniu(m), vel si non aequâ accommodari queat: cum campaniae laudibus, comparatio aliqua institui dumtaxat queat, In qua ut Plini(us) refert, non Ceres, non Bacchus, verum et **ffol. 113r** Dea artium liberalium, sapientiae et discretionis (quae mater est omnium virtutum) Pallas, pro laurea et praeminentia concertant invicem, quae Campaniac ubertas, tanquam ex copiac cornu et benignissima matre omnia largitur et profuse donat, scque horreum ac promptuarium, quo perpetuo cursu largiter dona distribuit, esse prae omnibus gloriatur nimis. Hacc est quae gaudet pariformiter acris saluberrima temperie, hacc luxuriantes florum pulchritudine gemmeaque pratorum viriditate demonstrat campos; Hacc est in qua apri colles, opaca nemora, innoxij saltus, inabundantia munifica sylvarum genera reperiuntur, in qua omnis generis tanta frugum et vitium fertilitas, tanta amnium fontium hinc inde perstrepentium iucunditas, tanta insuper copia omnis generis **ffol. 113v** ut ipsa benigna mater terra et natura ipsa, experiri voluerit, quid in Regio aliquo solo exornando, dotando praestare queat, etc. Hoc in loco doctissimi viri Plin. non describit politiam, non illustrat laudes nobilium, non praedicit aedificiorum structuras, non enumerat stemmata, seriem et imagines maiorum, non quaestus rationem tradit, non aurum, non argentum, no(n) coccum, non hyacinthum, non byssum, non purpuram expresse iactat, sed ea, quae ipsa terra, ad victimum et amictum necessaria, producere mortaliibus consuevit, quaeve hominum desiderio in ipso campo et Campaniac agro quadanten(us) satisfaciant. Sic et ego praesenti instituto non orno patriam externis bonis, verum internis, agrorumq(ue) apprime **ffol. 114r** necessarijs requisitis, Semproniensium ornamenti, quibus praefatus etiam author campaniam describit. Si itaq(ue) quaeratur praeterea numquid cultus Divinus, et Syncere ac orthodoxae religionis vigeat, hic nullum se offert dubium, quippe habitat in nobis gratia Dei sermo et purum verbum Christi copioso, ea dispositio est ministerij ut vix defectus alicuius non dixerim ataxiae locus vel caussa reperiatur. Non secus etiam

viget et floret cultus et doctrina liberalium disciplinarum et iuuentutis assidua informatio et institutio, quae omnia, eo tendunt quo magis magisque Dei in genus humanum bonitas inexhausta celebretur et seminarium recipit. pro capessenda administratione educatur. Id ipsum vero tam ad gloriam altissimi quam salutem patriac *ffol. 114v*] (ut verbo dicam) tendit. Cotidie albescente statim die et aurora pro acceptis beneficijs et tutamine semptinero custodi coctus Ecclesiasticus magna frequentia fundit pientissime preces debitas, et sic manus tandem ad suum quisque laborum cursum admovet. Baptismus et sacra Synaxis cuivis petenti et poenitenti non denegatur, Sermo divinus diebus festis et sabbatho cum lictis legitimisque ceraemonijs, adhibita dulci vocis concentu et svavi flexanimaq(ue) vocis harmonia, tam vocali quam instrumentalis; praedicatur, Catachesis hora promeridiana? pro iuvenili calore et discere volentibus proponitur, examinatur, Sicuti etiam nexus matrimonij et coniugalnis copulatio confirmatur. Aegrotorum desiderio ubi extreum laborant, ministerio verbi et Elementi *ffol. 115r*] satisfit adusque, ut nemo culpam in alium, vel morae vel negligentiae quam semetipsum sine iure cedere possit, orname(n)to hoc divinitus concesso, num eleganti(us), iucundius, conducibiliusve saluti aeternae adserre queat, ambigo, quorum omnium authori laus in sempiterna saecula. Politiam, pro Sexto requisito si illustrare intendo, pro frontispicio Senatum huius liberac Recipit. dico esse lectum, non quali quali modo, sed privilegioru(m) ab antiquissimis Regibus Hungariae concessionum vi et munimine, qui ea singulari et speciali Regum favore ob fidelitatem in Reges et Patriam exhibitam et praestitam, consequitus est (senatus vero nomine omnes incolas et inhabitatores intelligo *quoquaque tempore*) quae lectio et electio qualiter, quando et ubi fiat, alibi pro patria in futuru(m) *ffol. 115v*] commodum posteritati consignavi, ne putet vel in eo quis nullam observari methodum. Senatus autem is ita saluti patriac invigilat, ita vigore iuramenti depositi, incrementum rerum tam publicarum, quam singularum exinde quaerit, ut nil desideri queat quod officij ratio superinde efflagitaret, paena et praemio, quasi duabus anchoris semper gubernat, bencemerentibus benevolentia, pessime de patria meritis pessime etiam in subsidium venit. Is Orphanorum, Orphanotropij, pupillorum et viduarum, Scholarum et Ecclesiarum curam per se et suos Inspectores, provisores habet, a quibus administrationis et dispensationis rationes severe exigit, dolo fraudeve consutas rejicit, authori, cum ignominia quoq(ue) adiecta, mulcta, vel etiam corporali paena, Regis *ffol. 116r*] adnatum promptus, a

fidelitatis vinculo indissolubilis, Omnia nisi viribus maiora fuerint, mandata Regia, adgreditur, debitaq(ue) observantia ijsdem se adcommodat, ac in re plane confessa ne pluribus moremur, quae cuncta ad auxes in publicae salutis spectare ac quadrare cernuntur, tractat, promovet in melius, adusq(ue) ut nil desiderari patiatur. Sunt deniq(ue) in hac Politeia multis fariam antiquitus introductae consuetudines, et Jura non scripta, leges et statuta, de quibus suo loco. Sunt denique societates et confraternitates om(n)es co spectantes, quo charitas proximi non extinguitur, sed potius incrementum sumat, Et his non per omnia absimilis est, Conf. studiosorum Nobilium Sempronien(s)i(m), quae quantum utilitatis et honoris Divini, in recessu habeat, omnibusq(ue) Sempronien(s)ibus promotionem prout quaerat, **ffol. 116v**] nisi caudex, omnes praeterea intelligunt, ac dicam quod sentio, cervicosus nimis, singularisq(ue) in contrarium discretionis erit, id est sine mente et intellectu homo qui insiciabitur, esse Politeiac nostrae Sempronien(s)is fulcrum hoc non postremum; Quippe quae Doctorum et Magistrorum corona aliorumq(ue) Doctissimorum viroru(m) laurea ornatur tempora tamen quia tempore sunt temperanda. Ideo morem patienter aliquantulum ferre convenit, donec radices altius penitusq(ue) haec studiorum fraternitas Nobiliumq(ue) societas sumserit, ac si huius encomij vel laudum harum, fundamen a nobis quis exigat, illum deducendum esse autumo ad articulos studiosorum Nobilium Sempronien(s)um, qui demonstrabunt luculenter, desiderium faederis S. N. S. fructum, effectusq(ue) exinde publicae rei Sem-/proniensis **ffol. 117r**. Quis porro cursus juris, et appellationum series, quia longum esset in eam descendere ex praesenti materia, tractationem, Ideo et haec inibi, ubi reliqua consignavi invenire licet. Ab hac Sempronien(s)i politica administratione, nec non Ecclesiastica, dependet et reliqua pagor(um) huc spectantium administratio qui a nutu Dominorum suorum terrestrium Senatu se ordine electo dependent, Jura, jugaq(ue) boum et iugera terrarum exinde quaerunt, ac ijsdem gaudent, nec hic, quod honori non cederet Reipub. quidquam audent aggredi. Qui si rebellare, obedientiamq(ue) excutere moliantur, non desunt exempla et praeiudicia, quibus huius delicti authores et malefactores ad obedientiam redacti sunt, et quidem talia quae callum nondum obduxerunt. His privilegijs, immunitatibus, Juribus, **ffol. 117v**] bonis temporalibus, Territorij, tam in civitate hac, quam pagatim exinde, esse condecoratam Rem-publicam hanc, quis non magni beneficij loco posuerit? quis originem suam exinde trahere recusaret? in qua non modo aratores et vinitores,

oratores ac Victores Jurisq(ue) promotores degunt, Verum medelarumq(ue) praescriptores, vulnera ac morbos qui cura(n)t vivunt, (qui per omnia bene habent, quo(m) bene nullus habet, Quam male vero habeant medici quum male nullus habeat ipsi iudicent) quae quia dico, veritas dictitat nec cavillandi prurigo me titillat. Et quod magis est, in qua ipsi antesignani verbi Divini pastores et syncerac religionis confessores, ut superius dixi, ac animarum custodes praedican. Hacc dico hoc in loco maxima esse, quae nemo nisi cui magna, parva; minimave maxima sunt, vel cui dies clara, noctis est caligo ***ffol. 118r*** opacitas vel obscuritas, inficiabitur. Amplectamur itaq(ue) atq(ue) Jure excipiamus talem et tam ampliter dotatam obvijs ulnis ut aiunt, patriam. Septimum requisitum erit ubertas, fertilitas et soli qualitas, nos agrorum prius commodum si perspexcrimus, manifestum erit cum no(n) medium, inter sterilem et feracem, veru(m) praestantissimum esse, qui suos adusq(ue) profert suo fructus cultori et patri familias ut aristae in media messe strepitu(m) edant maximum. Non hic electio erit terrarum, quam quippe optime colueris ne sentibus atq(ue) tribulis obducatur, ubercem ea profert, immo centuplum fructum, ut constat. Et quamquam horum agrorum copia pro necessitatibus incolarum Sempronicensium, non annuatim sufficit, Est tamen is proventus non defuturus, sed maxime ijsdem proficus. Ac hoc pro certo crediderim, quod si nundinarum copia ***ffol. 118v*** tam annuarum, quam hebdomadariarum canon esset, et longius iter Sempronicensibus allatum frumentum emetiendum esset, quod parcus aliquantum viverent, quae parsimonia aliorum subsidium haud aequa efflagitaret et proprius agrorum proventus illos commode satis sustentaret pane. Id quod de avenacco pabulo, hordeo silagine et similibus est identidem, intelligendum. Faeneta sive prata si spectas, ea amaenitas se exhibet, ea florum versicoloribus depictorum qualitas et quantitas, ut si studio et opera singulari par pictoris elegantiam velles depingere, non elegantius omnis generis varios flores imitari posses. Faeni hinc ea abundantia, ut si et hic suapte sponte paters(amilias) diligentibus et assiduos oculos intenderet, quod frumentorum defectus postularet, id abunda(n)tia ***ffol. 119r*** Foeni subministraret et resarciret, hinc equorum, boum ea quantitas, pro cultura agrorum, hinc vaccarum, pecudum, suum similiumve ea abundantia quae desideratur ferme, quae animantia, licet victui et amictui pro Sempronensibus non sint, per omnia sufficientia, attame(n) in subsidium permultis commoditatibus veniunt. Vincarum porro elegantia(m) viniq[ue] exinde procreati praestantia(m) ubertatem,

bonitatem, salubritatem, excellentiam et claritatem fama si lustraveris exsuperat procul dubio non modo harum partium quaequaeq(ue), verum exotica et adventitia, immo et Italica ipsa saepissimenumero vina, id quo compertum scio, et experientia id pro qualitate anni demonstrare licet. Ex hoc proventu census qualis qualis Sempronienius(m), Ex hac vindemia honos et quicquid administratio rei familiaris exigit, hinc **[fol. 119v]** Regiae taxae pro subsidio Regni, hinc gravaminum necessariorum itidem sublevatio, hinc militum intentio horrida bellorum tempestate, et praeter haec quae non breviter dixerim quod in eo pretio propter excellentiam apud exteris nationes sit vinum Sempronense ut Iure optimum dixeris matrem benignissimam terram, et hic experiri voluisse quid in promontorijs et vincis dotandis illustrandis atq(ue) exornandis posset praestare, hinc omne studium omnem operam et industriam inhabitatores in vinearum culturam collocant. hue diu noctuq(ue) vires intendunt, hic labor somnum illis nocturnum excutit, secundum illud: Noli diligere somnum ne te egestas opprimat: Item aperi oculos et saturaberis panibus, quo fit ut is cultus ea morum observatio; prout alijs in locis, ubi mercatura vel non aquae durus labor viget; quadam singulari elegantia non flo-/reat, **[fol. 120r]** verum candide et simpliciter absq(ue) strepitu incedant et ornentur, nilomin(us) fit ut sub sordido etiam palliolo vel veste aliquantulum et hic reperiatur discretio et sapientia, (non hic intelliguntur viri studiosi qui terras peregrinas lustrarunt et Senatorius ordo, alijq(ue) officiales Regis, Nobiles, nec non alicuius existimationis et praeminentiae viri). Hoc tamen sciendum, quod ingenia excellentissima semper solum hoc produxit. Sylvarum porro munifica genera et amplitudinem, item nemora et saltus: in qua pasci et aestivare pecora, ubi rivuli quaqua versum ad usum derivari commode possunt, ubi etiam fontium et amnium hinc inde perstrepentium sonitus exauditur iucundissimus: Si lustraveris, comperies eam amoenitatem, eam utilitatem, ut no(n) huic alium, sed hunc omnibus esse anteponendum locum, Usus siquidem lignorum pro foco et cotidiano usu is est tantus **[fol. 120v]** quantus maior vix desiderari possit, hoc ausim adfirmare si circuitum hunc agrorum; sylvarum, pratorum, vinearum, in superiori parte Germaniae Princeps quidam industrius qualis erat Dux Wirtenbergicus Joan. Fridericus vel Ferdin(andus) Magnus Dux Hetruriac possideret, certo certius non octo, sed octodecem pagroru(m)(!) incolas et inhabitatores commodius, maioriq(ue) cum fructu et subditorum incremento, aleret, sustentaret et conservaret, quia hic abundantia desidiem procreat, et fertile solum negligentes aratores et

agricolas nutrit, Ruinas porro ex incendijs frequenter ortas, maxime et ut plurimum sylvarum propriarum usus et abundantia, in integrum restituit, adusq(ue) ut bonac vicinitatis causa interdum Baronibus et Nobilibus acolis(!), pro usib(us) proprijs vel publicis, utputa Ecclesijs, benigne ad instantiam ex proprij territorij et possessionum sylvis subvenerit Senat(us). **ffol. 121r** Quaerat quis, ecquid praeter domestica anjmantia, sylvestria, sive sylvatica, volatilia, Terrestria, aquatilia, quodq(ue) inter reliqua, soli huius dona reperiantur, hacc praeccipua si pro evidentia proposuero, officio meo satisfecero, illa itaq(ue) tam e domesticis quam feris animantibus, Terrestribus, Aquatilibus, volatilibus nec non ijs quac amphibia nuncupantur, hacc praeccipua sunt, quac solum Semproniense alit et Jure dominij possidet; utputa bos, vacca, Taurus, vitulus, Equus, equa, Caballus, ovis, aries, agnis, vervex, capra, hircus, Haedus, sus <capra>, interdum et cervus, cerva, lupus, lepus, meles, sciurus, Lutra, erinacus, vulpes, etc. Ex avibus reperiuntur, anas fera et cicur, anser areda, attagen sive attagena, Capus, Calumbus, coturnix, curruca, gallina, gallus garrulus, Grus, luscinia, nisus, accipiter, pavo, perdix, Turdus etc. Ex piscibus etiam capiuntur, Lucius, Fundulus, **ffol. 121v** Carpio vel cyprinus, cancer, alburni, mulus, Rana rubellus, sylurus, etc.; quac pro solj qualitate obiter produxisse satis est, et quidem communia solum, quac locus hic alit, ac vitae humanae necessitatibus hubertim, omissione innumeris subministrat. Numquid hacc vero non sint sufficientia pro sustentatione caelitus concessa bona? Profecto, nisi delicias Italicas vel Hispanicas quis elegerit vel his duntaxat regie et egregie prout status ratio efflagitat vivere potest. Stagna piscibus satis abundanter et copiose dotata reperies; molac sive molendina tam intra muros quam foris quibus frumenta sive legumina teruntur non desunt. Fontes, saluberrimis aquis frigidissimis referti et singulis ferme aedibus extant. Lacus item navigationibus aptus omnisq(ue) generis piscibus refertus, qui radices vinearum et pagos ad civitatem Semp. pertinentes alluit, quantum utilitatis et subsidij adferat **ffol. 122r** vel aspectus ipse luculenter ostendit quid rivuli et amnium fluxus molendinis et alijs necessitatibus incrementi adferant et prosint, usus et experientia cotidiana declarat. Thermae Wolfgangianae, quas potius sulphureas dixerim, quam nitrosas, eae tam exiccandi quam abstergendi magnam vim habent, multisq(ue) sanitatem amissam brevi temporis spatio recuperat, atque eos qui nec pedum, neque(?) manuum officio rite fungi possunt pariter in integrum restituunt. Casparus Schwenckfelt Physicus Hirsbergensis in catalogo fossilium Silesiac, Thermas Laude-

censes describit, carumq(ue) utilitates et effectus, et dicit eas principaliter esse sulphure, alumine, imbutas et sale, ac quia frigidac sunt a natura, ideo ad ignem eas calefacere necesse est, quae cu(m) his termis per omnia fere convenient. Quare quales inibi reperiunt effectus, et hic eosdem esse dubium non est. Effect(us) ***ffol. 122v*** vero tales esse dicit; Calefaciunt, sicca(n)t, extenuant, abstergent, Nervos robora(n)t frigidos, et articulos resolutos: ob id ijs qui ad apoplexiā, hemiplexiam, Paralysin proclives et dispositi sunt, prophylacticu(m) egregium. Opitulantur contracturae sphasmo convulsioni, podagrae, chiragrae, aliquae a frigida caussa suboritis morbis. Aurium sonitum et susurrum resolvunt, discutunt, oculorum dolores mulcent et visum acuunt, Pectus excalefaciunt et Thoracem, catharros exiccant. Medentur ventris torminibus et colico dolori, praccipue faeminas ex uteri frigiditate steriles solantur, Vasa enim geniturae inservientia frigore languentia calore resciunt, Jecinori, Lieni et reliquorum viscerum oppilationes adaperiunt. Hydropi incipientj et bilis suffusioni commodae; renes et vesicam excalefaciunt appetitum prostratum erigunt. Lumbricos et tineas ventris evocant et ad cicatricem perdunt. In ***ffol. 123r*** summa ad omnes frigidiores, tam internos quam exteiiores affectus apprime convenient: Quantum utilitatis et hoc altissimi dono generi humano accedat procliviter quisque sensatus coniijcere poterit. Hortos porro pomariaq(ue) multisariam arboribus fructiferis repleta et plantata, prout et vineas optimis quibusvis refertas videre est, in quibus hac reperiuntur arbores: malus, pyrus, cerasus, prunus persicus, morus, amygdalus, corylus, castanea, Cydoneus vel cotoneus, mespilus, Buxus etc. In sylvis quoq(ue) sparsim reperiuntur varia genera; Est namq(ue) Pyraster, prunus sylvestris, Ilex Robur, Quercus, Fagus, Tilia, alnus, Sambuc(us), Platanus, Betula, Salix, Abies etc. Principes hic recensere volui arbores, quo soli qualitas inde magis luceat; et patriae splendor prae nonnullis non immerito (nec enim cuiquam fieri iniuriam puto, qui patriam eiusq(ue) auxesin et decus quae sivero, ***ffol. 123v*** seduloq(ue) pro viribus tucor) emineat. Haec dixerim, quod rerum principalium duntaxat capita maiora hic proserre voluerim. Si deniq(ue) quae situm fuerit de artificibus qui in bene constituta Pub(lica) re sunt pernecessarij, ne quis existimet aratores, fossores duntaxat vel nucis emptores, triobolaresve et eius farinac socios statum politicum hic ornare. Is sciat secus esse, quippe si praccipua officia fabrilia posuero, illico deprehendet plura esse in recessu. Reperiuntur namque: pictor, pistor, doliarius, sive vactor, vitriarius, latomus sive lapicida, Ephippiopaeus, calcarius, latera-

rius, Restio, Polio, Tornarius, Figulus, Arcularius, Aurifex, faber plaustrarius, faber lignarius, faber murarius, vel caementarius, faber stamnarius, faber ferrarius, faber ahenarius etc. alchimistae, publici decocatores, et patrimoniorum hirudines non re-/periuntur, **[fol. 124r]** quia non habent caussam sine qua non. Ex his et similibus pariformiter fas est coniijcere statum hunc non esse deterioris conditionis cum multis Imperij principibus locis, non quod haec omnia omnino habeat. Nec enim terrae fere omnes omnia possunt, hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei factus alibi, et opifex summ(us) ita voluit inter mortales excitare dilectionis vinculum, quod namq(ue) solum non profert hic alibi in copia repetitur, quod illis deest, nobis benignissima mater terra munifico luxu concessit. Sic aromatum copiam Lybia profert, Syriae Judaea Balsamum, palmam Babylonia, Cedrum Liban(us), Aspalathum(!) Rhodus, Oleastrum Olympio, Dictamnum et cupressum Creta, aurum, gemmas, regiones ad meridiem, et oriente(m) solem continent, Utcunq(ue) vero haec in predictis locis reperiuntur, attamen no(n)nullis ea destitui, est palam. Sic orienti Minium cum argento vivo, Acolis aes et **[fol. 124v]** plumbeum, Africæ apos, ursos capreas cervos, denegatos esse certum est, Quae omnia quia eo tendunt, ut statum pub(licum) ornent et promoveant, ea propter subiungere et hacc ornatus caussa debui. Quae praeter haec ex singulari senatus discretione reperiuntur, ea non abs re esset subiungere. Ast quia longum esset singula huc referre, consultius esse autumo discretioni et iudicio politicor(um) viror(um) relinquere qui procliviter diuidicare potuerunt, cuiusvis status hominem hic tam commode quam honeste vitam transigere posse.

De populi frequentia disserere deberem quum et hoc non postremum ludum sit requisitum. Ast quum nec amniu(m) nec fluminum adeo cursus vel magnitudo sit, ideo nec par alijs divitijs, populoque infrequenter, imprimis quia mercimoniorum non is negociando et mercando est locus. Nec enim Emporium hic Sempronium dixi esse, verum locum ad cultura(m) **[fol. 125r]** tam agrorum quam vinearum apprime aptum. Sunt tamen ea mercimonia et quaestus talis, quae ad tales hominum co(n)cursum et statum civilem sufficiunt, modo quilibet sua sorte contentus pro status et conditionis gradu se aquitati conformem redderet. Verum dolendum, et pestis rerum pub(licarum) maxima est, Conviviali(m) et vestium luxuries, quae aegræ civitatis indicia sunt. Quippe rusticus, quae cive(m) decent, civiliaq(ue) sunt, sibi adscribit, civis sua sparta et statione non contentus, nobilium ritum et victimum observat stu-

diosissime. Nobilis modo in recessu habeat, non erubescit ex aula Regum pro captu quaevis suo Sempronium adferre. Im(m)o nullo excepto quinque condimentum salis Vienna Sempronium attulerit, ut plurimum mores et vestitum aromatibus exoticis condire solet, non absq(ue) purgatorio marsupij, quos forsitan praeterit diverbium illud quod in proverbium descendit; Duo *ffol. 125v*] cum idem faciunt non est idem, Item et illud; vive tua sorte contentus et sparta(m) quam nactus es, eam omni studio et labore orna. Moenium et propugnaculorum robur et stabilimen qui considerat ac bene lustrat, id reperiet, quo forte hoc in loco aliud non exoptaret, tanta circularis murorum forma Pomaeria ea, Tormentorum praesidium tale, fossa et vallo adusque circumdatum munimentu(m), ut ad tuendu(m) et defendendum contra impetus hostiles et incursiones nihil desiderari queat, modo periti belli duces necessarijs rebus et com(m)eatu adsint, quippe quocunq(ue) fuerit fortalitium et stabilimentum, Et quacunque provisione et requisitis fuerit dispositum ac quocunq(ue) deniq(ue) milite, si dux fuerit caecus et inutilis totum exercitum perdit et locum infirmum, invalidumq(ue) reddit. Nam formidabilior est exercitus cervoru(m) duce leone, quam leonum duce cervo. Ac quia plerumq(ue) finitimus erat locus, prout *ffol. 126r*] et nunc est ideo cum munimentis vallo fossa pinnisq(ue) murorum adeo divi Reges quonda(m) circumdederunt ut tanquam clypeus ad instar incudis contra hostium insulturas et impetus hoc sit loco, vel tanquam cotis in qua omnium provinciarum proximarum contra Christiani nominis acvitemnum hostem gladius et arma exacuerentur, quod sane magna laude ponendu(m) esse censeo. De rebus gestis et memoratu dignis majorum actis, par esset etiam nonnulla in medium proferre (id quod rectius principib(us) viris adscribitur) verum quia ut saepius ja(m) dixi nil litteris concretum est, admodum inurbanum esset incerta proferre, et licet posteritati quaedam connotata fuerint, attamen mirum videri non debet, si ex tot calamitatibus incinerationibus et toties renascente urbe nil memoria dignum praeterqua(m) rudera antiquitatis, supersit. Quod vero in recenti haeret nota, quae deniq(ue) memoriae et Bockaiano tumultu adhuc firmiter sunt concreta, ea declarare, vel ijs quibus consta(n)t *ffol. 126v*] abunde, cum ingenti dolore et lachrimaru(m) fonte repetere, incivile esset, hoc tamen recordationis gratia ausim adfirmare quod a fidelitatis norma (n)unquam Semp(ronium) defecerit, id quod lapis lydius et examen in ipso paroxismo tumultus Anno 1605. luculenter ostendit. Quo tempore rebelles non modo agrum Sempronensem continuis excursionibus incursaverunt,

molestarunt, adeo ut coli non posset; Verum diuturna quoq(ue) obsidione sanguinis effusione multorum civiumq(ue) captivazione incolas duriter premebant. Et nisi candor et integritas fidelitatis nexus se mutuo excepsent damnu(m) non exile in incolas redundasset. Ipsi siquidem cives non allegarunt pro tempore rei militaris inscitam minus aphorismu(m): ars bellandi si non praecluditur, cum necessaria fuerit non habebitur; sed quia patriae charitas, quae maxima, et vitam ipsam patriae defensioni et saluti denegare haud solet, ad vitae et necis periculum vel ad nutu(m) **[fol. 127r]** superiorum parati fuerunt, tam futurae gloriae gratia, quam ad fidelitatis debitu(m) exsolvendum. Nec praetermisserunt in honorem Maiestatis banderia duo erigere, una(m) albam, flavam alteram. Tertium quoque signum peditum Sempronius erat. In ipsa obsidione, eruptionibus quantum inimicis incusserint terrorem, quave clade illo in ipso S. Michaelis templo affecerint vestigia declararunt. Id quod vel ipsi inimici, audaciae militari cum gloria adscriperunt; heu gloriam ex inimicis quae sit! Toties quoties Caesareus miles, noctu diuine hostium conatibus obviare, eosq(ue) praepedire voluerit, Sempronenses cum exultatione et iubilo tympano, tubarum clangore, banderis parati fuerunt, Et utcunq(ue) variante fortuna, ipsi Sempronenses sine singulari strage, quin potius ut plurimum satis decore redierunt, nec tamen lassati sunt propter tot bellorum impetus et fluctus, Immo si syncerus et mutuus militum animus clarus eminisset et sine suspicione magis **[fol. 127v]** illuxisset, aeque ea quae miles vinculo juramenti et stipendio conductus praestare debuit, ulti fecisset pro patria, Quae omnia ecquid secus sint, vox popularis undique vel ipsi milites testimonium perhibeant, Deniq(ue) Testimoniales litterae Invictissimi et Serenissimi Regis Matthiae 2. Patria itaq(ue) licet exigua sit, tamen ea quae ob res bene et fideliter gestas ab omnibus et Regib(us) ipsis sempiternam gloriam et paternam gratiam deportavit, quam divina aspirante gratia ob et conservare in aeviternum sedulo studebit. Haec sint Reverendi Egregij Excellentissimi atq(ue) humanissimi Domini Confoed(erati) quae patriae amor atq(ue) confoederatorum in me benevolentia extorserunt, quibus studium et opera mea displicere vel ea propter non debent, quod laboris tot(um) fluxerit e penetalibus pectoris, solum ut Patriae honos, eiusq(ue) incrementum interim, donec jucundiora utiliora atq(ue) vestris aurib(us) scientiar(um) abundantia refertis majora adornent(ur), **[fol. 128r]** atq(ue) persificantur, quaeratur. Protulisse autem me non eas laudes quae de Templo Salomonis, non eas quae rebus gestis Romanorum, non eas de

Alexandro magno in medium asserri possent; constat, sed Patriae laudes exigas, easq(ue) levi stylo et facili sermone, in quo cultus nullus elegantiarum, deliciae nullae, sed merus ut dixi patriae effectus. Quippe de origine cultu Divino, antiquitate, divitijs, aeris temperie, situ loci et qualitate, benignissimaq(ue) terra matre omnium rerum, fertilitate, amplitudine, populi frequentia, Rebus gestis etc. qualitercunq(ue) duntaxat per transenna(m) obiter et summatim iam dicta collegi. De quibus etsi latius elegantiusq(ue) voluissem disserere, tamen modus in rebus repagulum merito apposuisset, ineptumq(ue) valde ac procul a mentis oculo existimarem esse longiorem, ubi capita rerum attingere par est. Quae omnia ad instar argumenti perpetuae animi benevolentiae observantiae **ffol. 128v** atq(uc) patriae charitatis, Spero ac pro certo habeo Reverendas atq(ue) Egregias Dominationes vestras aequi et boni, ex temperamento stricti Juris consulturas. Quibus omne id quod possum, possideo, prompte proposse prout peculiaris perpetuaq(ue) pietatis perennitas postulat petitq(ue), porrigo propino promereriq(ue) praeterea pergo. Ac quia me indignum singularis vestrae humanitatis patientia praesidem exaudivistis deamastis, gratias tantas quantas possum maximas ago, habeo et referam; vestri deniq(ue) non minori studio et observantia amantissimum incessanter et indesinenter porro quoq(ue) redamate; Id quod instanter instantius et instantssime, eo quo par est et decet modo, peto. DEVS et pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia exhortetur corda nostra et confirmet in opere et sermone bono, quo omnes conatus piasq(ue) actiones eo dirigamus in eumq(ue) fine(m) **ffol. 129r** disponamus, ne ea quae ad gloriam altissimi et salutem patriae emolumentumq(ue) eius cedere queant a nobis praepediantur. Ipse vicissim tanquam verax et fundamen omnium nostrarum actionum, cornu populi sui civitatisque huius exaltabit, salute item tam temporali quam aeterna circumdabit, qui inquit; si credideris me qui te liberavi et eduxi e terra Aegypti vere Dominum Deum tuum esse, aperi quantum velis os tuum, et iusta, copiosissime medulla tritici et melle in rupe munitissima ad saturitatem usq(ue) compotem reddam te. Quare Dominus dominantium, qui tam benign(us) est parens, in futurum quoq(ue) patriam nostram adaugere, tueri, magis magisque sovere dignetur, Id quod mecum omni remoto dubio tota haec inclita corona animitus et medullitus praeccatur. DIXI.

[fol. 97v] Tekintetes és Nagyságos Batthyány Ferenc úrnak, Szalónak és Németújvár urának stb. Vas és Sopron vármegyék ispánjának [a legszen- tebb Császári és Királyi Felség tanácsosának, a Magyar Királyság Dunán innen részei főkapitányának] a legszentebb Császári és Királyi Felség tanácsosának, az ő legkegyelmesebb urának és pártfogójának.

Származásod és méltóságod folytán is Tekintetes és Nagyságos Ispán úr, minden megbecsülésre és tiszteletre méltó pártfogóm. A soproni Lackner Kristóf, minden jog doktora, a minden halandóba beoltott haza-szeretetből (amely a legnagyobb doleg) könnyed stílusban, az ékesszólás mestereinek szóvirágait és cifra beszédét mellőzve, megírta hazájának, azaz Sopronnak dícséretét. Midőn patrónust és erős pártfogót keresett, egyetlen nagyobb, jelesebb és mindenkinél előbbre való oltalmazó sem akadt, aki kívánságának és ízlésének egyaránt úgy megfelelt volna, mint igen tiszteletre méltó, nagyságos uraságod. Ezért, legméltóságosabb Ispán uram, ezt az aprócska, és csekély irodalmi ajándékot oltalmadba adja, helyezi és ajánlja, hogy ezzel minden irigykedő nyilai és mardosásai el- lenére, mintegy védszárnyaid árnyékában, emelt fövel (ezben felhatalmazó levéllel, tudniillik Nagyságos különleges kegyelmével és jóakaratával felkészítve) tekinthessen körbe, és nehogy azok, akik — hiába irigykednek az irigyek! — hiúz szemekkel valamiképpen ártani igyekeznek, vagy beselekítéssel meg akarják gyalázni, kárt tegyenek benne és rossz hírért költség. Azt mondhatnák néhányan: amit nyilvánosságra hoztak, arról nyilvánosan szokás véleményt mondani — de mivel ez időközben az egyenes útról, ti. a helyes, igaz és jó ösvényről tévűtra tér, ezért a Tekintetes és Nagyságos úr pártfogásáért esedezik. Ki ez a soporni szerző, kérded, Nagyságos pártfogóm? Minek is részletezzem, hiszen az alulírott szerző által előreboocsájtott ajánló sorokból könnyen kitetszik, ezért nem kívánok jobban semmilyen más pásztori botot, mint nyilvánvaló műveltségemet. Nem feledkezem meg az általad véghezvitt tettekről sem, nem kerüli el figyelmemet, hogy eddig Sopron vármegye legfőbb oltalmazója volták, és a tudósok, valamint Őcsászári és Királyi Felsége hívei iránt atyai vonzalommal viseltettsz. Mindenekelőtt ezek az okok készítettek arra, hogy legkegyelmesebb Méltóságodnak címezzem ezt a kis beszédet, amely nem kell hogy nevetség és megvetés tárgya legyen, pusztán azért, mert rövidke munka, amelynek ékesítésére a házi teendők és a közügyek, s még ki tudja misélc zárák és akadályok miatt nem sok

nap jutott. Annál is inkább, mivel munkám csekélyisége sok tekintetben megfelelő arányban áll Nagyságod jóindulatával, akárcsak Dionysius esetében, aki a kertészsnőtől még a rózsát is szívesen fogadta. Ég veled, Nagyságos férfiú, kegyesen és jószándékkal, a szigorú ítéletben mértékletességet tanúsítva fogadd ezt az adományt, mert ez az én ajándékom. Isten, akitől minden jó származik, őrizze és védje meg szerencsésen Tekintetes és Nagyságos Uraságodat minden hozzátartozója számára a nesztori korig, a Hazának hosszú és édes napjaira, és számomra is sokáig, a szőlőtő és fügefa árnyékában.

A Tekintetes és Nagyságos Úr legodaadóbb szolgája,
Lackner Kristóf, I. U. D.

Jfol. 9&r

BESZÉD

melyet Sopron szabad királyi város dícséretéről írt Lackner Kristóf soproni városbíró, és 1612. június 11-dikén, az évforduló napján adott elő Sopronban, a Soproni Nemes Tudós Társaság tagjai előtt.

-----------------------------	-----

Joachimi Rusdorffii

nobilis Germani

Litterae de Republica

ad diversos reges, principes, illustres viros, oratores etc.
anno MDCXXX.

I.

Invictissimo ac Potentissimo Principi ac Domino Domino Gabrieli,
electo Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae Regi, Principi
Transilvaniae, Comiti Siculorum, partium Hungariae Domino

1.

London, 1624. június 16.

Rusdorf lelkesen méltatja Bethlen Gábor eddigi győzelmeit és kitartását. Örömmel ragadja meg a levélküldésre a Szenci Molnár Albert közvetítésével kínálkozó alkalmat. Röviden jellemzi Angliából kiindulva a nemzetközi helyzetet.

Haut facile effabor, Serenissime et Invictissime Princeps, Domine Clementissime, cum quanto ardore et desiderio hactenus optarim et adspirarim aliquibus indicis promere religiosam observantiam et cultum, quem Tuae Serenitatis gloriae et splendori dudum devoveram et consecraveram, sed adspirabam: nunc ecce divina quadam virgula contigit, ut occasione per reverendum mihi amicissimum virum, Albertum Molnarum,¹ ad vos iter relegentem oblata, audaciam animosque sumam declarandi hac scriptiunctula piam illam et devotam erga Te meam mentem. Cur enim cessem diutius ac differam libero ore ac puro judicio profiteri, quantum in Tua Serenitate gloriam invidiae metas egressam, invictam animi magnitudinem, triumphos et laurus innumerabiles, victorias toto orbe celeberrimas, raram pietatem et in orthodoxa religione fovenda² Zelum, solerterem in bello et pace prudentiam, spectatam in adversis virtutem, conservatam afflictis sociis et amicis fidem, susceptum et in hunc usque diem continuatum melioris causae et libertatis patrocinium, porrectum extorribus exulibus refugium, incluti denique

1 Szenci Molnár Albert (1574-1634) zsoltárfordító, szótár- és nyelvtanszerkesztő, tudós fordító. Élete nagy részét Németországban töltötte. A harmincéves háború eseményei hatására 1624-ben Hollandián és Anglián át végleg hazalepedett Magyarországra.

2 Kézirat: foventa

nominis tui augustam famam aestimemus, veneremur, suspiciamus et adoremus? Nam *Principum laus est officium nostrum*, ut inquit Symmachus.³

Inter illa praecclara, quae Deus et fortuna Tuae Serenitati supra hominem concessit, vel maxime administramur, quod pericula et clades Amicorum, quod res sociorum parum prosperae et victrix hostium potentia, ac ea, quibus etiam fortissimi heroes exterreri solent, tui invicti animi robur et constantiam, ne vel minimum, labefactare et concutere queant, sed potius accendere⁴ et inflammare soleant. Videmus profecto et alacris quotidie lumine contuemur, ut generosi tuae virtutis conatus et martiales egregiorum consiliorum impetus ab obnitente fato incrementum sumant, non secus ac duris

...ilex tonsa bipennibus

Per damna, per caedes, ab ipso

Dicit opes animumque ferro. (Horat.)⁶

Quamvis enim superioribus annis socii et amici diversis cladibus attererentur, et quamplurimi vel ignavia vel prava calliditate, vel vi et armis compulsi communem causam desererent, et propriae saluti diffiderent: hostes insuper in immensum viribus et potentia crescerent et insolecerent, cuncta⁷ late perpopulantes et sub jugum dominationis mittentes: Tu tamen, Invictissime Heros, nihil de ardore constantiae tuae remittebas, sed gloriosae cupiditatis stimulo concitatus in proposito strenuus pergebas, et hostili potentiae, tanquam palma, quae oneri incurvanti et prementi renitur, magnanimo obnisu resistebas.

Tui enim

...nihil fessa remisit

Officii virtus, contraque minantia fata

Pervigil, eventusque sibi latura secundos

Major in adversis micuit. (Claudius)⁸

*Enitescit scilicet durioribus negotiis virtus, et adsperrnatur declivem
facilitatem, maximoque sudore arduum laudis admittitur. (Symma.)*

3 Symmachus: Epistolarum liber IV. p. 7.

4 Kézirat: accentere

5 Kézirat: alari

6 Horatius: 3. Odae 4:57-59.

7 Kézirat: cunta

8 Claudianus: De consulatu Stilichonis liber I. 283-286.

Quanto haec, Serenissime Princeps, peniore judicio expendimus et perscrutamur, auguramur Te esse⁹ secreto quodam afflatu coelitus destinatum orbis oppressi liberatorem, nec dubitare possumus, quin constanter in inceptis sis perrecturus et adminiculis fortunaque, quae divinus favor haud incassum et fortuito principibus largitur ad Rempublicam et libertatem communem attolendam potenter usurus, nulla fraude et persuasione hostis ab instituto avocandus. Hinc fit, ut in summam spem erecti, votis assiduis eggreditur illos tuos ausus prosequamur, persuasi Te eo alacrius¹⁰ et promptius perrecturum, si cognoveris nostrorum in propiore hac Europa principum et regum consilia et actiones.

Qualia in ea sint in Anglia, ubi ego nunc commoror, curam negotiorum publicorum nomine Serenissimi Regis Friedericici¹¹ gerens, breviter et strictim hac epistola attingere et deliberare officii mei interesse judico. Cum enim omnium principum mentes et oculi ad Anglum,¹² tanquam ad arbitrum et moderatorem consiliorum, sine cuius societate et directione nihil inchoari et perfici potest, conversi sint; operae pretium est cognoscere illius consilia et actiones, ut secundum istos tam Tua Serenitas, quam alii suas instituere et conformare valeant consultationes.

Potentissimus igitur Britanniarum rex, melioris causae et religionis prima columna, hactenus pio tentamine conatus Orbi Christiano pacem reddere, nunc hostium perspecta vafriticie et astutis artibus, fortiora consilia arripere et per prudentiae gradus veluti ascendere et ad felicium successuum¹³ optatum culmen viam praeparare et progredi annititur. Nam, missis legatis Danum,¹⁴ Suecum¹⁵ et Germaniac principes de

9 Kézirat: se

10 Kézirat: alarius

11 V. Frigyes (1596-1632) 1610-től 1623-ig Pfalz választófejedelme, a Protestáns Únió (1616) vezére, I. Jakab angol király veje. 1619-1620-ban cseh király, Bethlen Gábor szövetségese.

12 I. (Stuart) Jakab (1566-1625) 1603-tól Anglia királya, V. Pfalzi Frigyes apósa. 1623-decemberétől foglalkozott azzal a gondolattal, hogy veje oldalán beavatkozzék a harmincéves háborúba.

13 Kézirat: successuum

14 IV. Keresztyén (1577-1648) 1588-tól Dánia királya. 1626-ban Bethlen Gábor szövetségese.

15 Gusztáv Adolf (1594-1632) 1611-től svéd király. 1626-tól Bethlen Gábor sógora. A harmincéves háborúban előbb a dánok, majd a lengyelek ellen harcolt, s csak 1630-ban támadt a császáriak ellen.

foedere et societate tam virium, quam consiliorum requirere statuit: cum Gallo¹⁶ etiam affinitatem et arctam conjunctionem meditatur; Venetos praeterea et reliquos ab antiquo regni Britannici amicos in fide firmare, Batavis potentem et selectum militem renovato cum ipsis foedere transmittere; classem pulcherrimam in promptu paratoque habere, ingentem vim aeris maturandis belli apparatibus comparare et accumulare accipit,¹⁷ quid multa? omnia, quae bello moliendo gerendoque¹⁸ necessaria requiruntur, adornat populo vitas fortunasque ultiro offerre parato. Ad haec serenissimus regis filius, Carolus¹⁹ benigni animi princeps, experientia edocitus (nam diu in Hispania fuit et inde plenus vindictae ante septem menses reversus est) quid a fastu et arrogantia illorum, qui sibi orbis dominatum spondent, sperandum sit, omnes curas et cognitiones intendit, et magno studio eo confert, ut serenissimam suam sororem²⁰ et affinem horumque liberos e squalore exilii ad pristinam fortunam redintegrare et efferre queat: nihil de amicitia Hispanorum, nihil de matrimonio cum Infanta Maria amplius audire vult, sed ultiō et bellum vindicandis injuriis spirat. *Nimirum patientia saepius laesa in furorem acceditur* (Syrus).²¹

Inflammata semel nescit mitescere virtus. (Claud.)²²

Comes Mansfeldius²³ superiori²⁴ mense hic fuit; cum eo rex princepsque Britanniarum consilia de Republica bello restituenda communicarunt; non solum summo honore cumulatum, sed mandatis etiam parandi militis instructum a se dimiserunt. Ille nunc in Gallia est, et ad expeditionem apparatus instruit et ad corporat magna conatus, si uterque rex Anglus et Gallus in belli alimoniam et exercitus stipendia, auspiciū, deos, sumtus et pecuniam accommodant et conferunt. Ne

16 XIII. Lajos (1601-1643) 1610-től Franciaország királya.

17 I. Jakab 1624. januárban adott engedélyt arra Mansfeldnak, hogy 12 000 embert toborozzon Anglia költségére.

18 Kézirat: gerentoque

19 I. Károly (1600-1649) Anglia és Írország királya. A spanyol Habsburg-házzal való szövetség érdekében 1614 óta terveztek házasságát III. Fülöp spanyol király leányával, Mária infánsnővel. Ez a spanyolok politikája miatt azonban meghiúsult.

20 Károly nőtestvére, Erzsébet V. Pfalzi Frigyesnek, a téli királynak volt a felesége.

21 Publilius Syrus F 13.

22 Claudianus: *In Rufinum liber secundus* 231.

23 Mansfeld, Stieve Peter Ernst von (1580-1626) katolikus hadvezér a harmincéves háborúban. A császáriktól átpártolt a protestánsokhoz.

24 Kézirat: superioris

dicam jam alia quoque opportuna rerum momenta urgere et hortari. Nam Gallus, Venetis et Sabaudus,²⁵ nimium crescentes Iberis potentiam terroris et suspicionis habere incipiunt, vellentque coercitum sibi in vasto illo dominationis progressu timentes. Proinde oppressae²⁶ in Europa libertati opem ferre, et imminentia communis servitutis vincula amoliri²⁷ desiderant, bellumque in Germania, unde periculum incendii in reliqua regna paulatim prorupere vident, sopiri²⁸ optant. Batavi magnorum regum auxilio subnixi, terra saloque hosti impotenti instant. Suecus quoque ingens bellum contra Polonum coquit et in Prussiam transferre cogitat. Iam considerare utile est, qualis apud hostes sit praesens rerum status. An non continuis bellis exhauiuntur, viribus distrahuntur milite ad praesidia defendendis finibus distributo et diviso? Adde, quod terris vi et fraude occupatis fidere non audeant, sed licentiosas eis²⁹ copias, quibus alendis sufficient desolati agri, imponere cogantur; quotidie in majus aes alienum ruant bellum ex bello ferendo; mari undique hinc classe Batavorum, illinc Maurorum piratica premantur. Insuper subditi accisi et egeni, novisque identidem exactionibus acerbati, in defectionem propendent, alii taedio praesentium, alii cupidine novarum rerum, alii necessitudine egestatis, alii jugi impatientia, alii consuetam vivendi rationem insolenti dominationi anteferenentes. Agri quoque inculti, oppida flore virorum exhausta, provinciarum et regnorum fides infida, in rebellionem proruptura, tanquam torrens, si occasio foret: imperia porro invisa, ob id casui vicina, timore et odio malis diuturnitatis custodibus retenta. Fortuna domus Austriacae in Oriente et apud originem sui decrescens et inauspicata, in reliquis Europae partibus, quia nimis diu prospera, intuta et lubrica. Amicorum amicitia fluxa et fortunae ac emolumenti assecla; alii incrementa potentiae Austriacorum suspecta habent, alii spe pollicitisque delusi, alii alia causa moti vacillant. Miles denique propter inopiam commeatuum, annonae caritatem et stipendorum reliquationem tumultuanti similis et parere nescius. Ne dicam jam commercia apud hostem concidere et extabescere, Orma³⁰ amissa, America infestata et Classe aurifera in discrimine posita: Summa: res hostis adeo in arctum redactae et dis-

25 Velence és Savoya Franciaország mellett harcolt a spanyolok ellen Itáliában.

26 Kézirat: oppressae

27 Kézirat: amoliris

28 Kézirat: sopirii

29 Kézirat: sis

30 Ormusz sziget a Perzsa-tengerből az Arab-tengerbe vezető szorosban.

tractae sunt et cladi opportuna; ut vel mediocris communi principum amicorum consilio et societate suscepta et bene prudenterque ducta expeditio lethale iis vulnus afferre et atterere queat, preaesertim si Tuae Serenitatis auxilium, in quo rei ferendae momentum consistit, accedat. Sed cur haec ego apud te, Potentissime Princeps, qui ea me melius comperta et explorata habes, quique rerum occasiones, utrum maturae sint et commodae, aestimare omnium optime nosti, ediscero? Vela itaque adduco, et quod solum restat, mearumque partium est, Deum tutorem et servatorem principum oro, ut Te incolumem triumphantemque in spem et solatium Reipublicae Christianae conservet quam diutissime.

Dabam Londini XVI. [Kal.] Julij MDCXXIV.

2.

London, 1625. január 13.

Rusdorf beszámol Mansfeld hadi készületeiről, a bevetésre kész angol hadisfottáról, a protestáns uralkodók közti szövetség tervéről, Károly hercegnak és a francia királylánynak az eljegyzéséről. Azt ajánlja Bethlennek, hogy mielőbb lépjön közvetlen kapcsolatba I. Jakab királlyal.

Inter omnes Europae principes, Potentissime et Invictissime Heros, Domine Clementissime, nullus hodie reperitur, cuius potentia et virtus majus momentum ac robur ad restituendam in tranquillum et pristinum statum Rempublicam collapsam conferre queat, quam Tuae Serenitatis invicta textera. Proinde etiam requiritur, tuique plurimum interest, ut consiliis et actionibus togatis et bellicis,¹ quibus nostri principes in hac propiore Europa ob praesentem rerum sursum ac deorsum euntium perturbationem occupantur, informeris et certior fias. Hinc fit, ut iterum et quidem hortatu et consilio nonnullorum procerum, ausim pia temeritate Tuam Serenitatem interpellare, et brevem, tanquam in compendiolo, informationem instantium consiliorum et deliberationum in Anglia contexere et vestris oculis subjicere, indicaturus veluti in choro quodam capita tantum et reliqua aliis et prudentioribus succinentibus.

Prioribus meis literis, per Albertum Molnarum transmissis rerum in Anglia faciem prout ea post Caroli principis ex Hispania redditum conversa erat, depinxi, et quae tum consilia agitabantur et ... erant,

perscripsi, tum enim primum mutari² consilia ceperunt, quia Hispanorum fraus et perfidia nullo amplius velo poterat contegi, et rex Jacobus, hujusque filius et regni Ordines indignitatem et sycophantias elusionesque cum honore suo et securitate perferre diutius nequibant, nec fas esse judicabant. Utinam autem maturius, quando prima occasionum pondera urgebant, oculos et mentem aperuissent, et rebus integris, nec in tantum praeconsumtis et attritis melioris causae auxilium et opem parassent periculumque imminens antevenissent. *Sed satius est agnito errore recurrere, quam pergere perperam currere*, ut proverbio dicitur. Ne extra oleas evager, me comprimo et ad rem redeo. Hisce ergo meis literis, Serenissime Princeps, ea consilia obiter perstringam, quae in scenam et theatrum ab Anglis producta esse et tota Europa intuente agi video. Ea duplicis generis sunt, et vel comitis Mansfeldii bellicam expeditionem, vel susceptum matrimonii inter principem Carolum et regis Galliae sororem copulandi colloquium spectant. Duo enim illa numina Mars et Venus omnia principum hodie consilia et actiones dirigunt, universosque Europae oculos et mentes circumducunt, et vel spem emolumentumque his, vel damnum et metum illis spondent et praesagiunt conferuntque.

Quod ad primum attinet, rem insuperabili industria et labore eo perductam esse constat, ut comes Mansfeldius cum exercitu satis potenti, duorum maximorum Galliae et Angliae regum sumptibus et impensis alendo, in procinctu sit, et ex Anglia in hostes explicitis signis et magna felicis successus fiducia progrediatur. Duodecim millia peditum in Anglia lecti et ad bellum mandato et jussu regis evocati nomen militiae, sive volentes, sive nolentes, dare coacti fuerunt. Hic enim regibus Britaniarum mos et jus est, ut quosunque velint ad sacramentum et bellum legere et adigere, possint pro lubitu, nec ulli subditorum fas sit abnuere et defugere. Equites, qui ad numerum trium millium ascendere debent, in Gallia concentriati sub vexillis Imperatoris mandata, quo tendere eos jubeant, praestolantur. Due legiones veteranorum in inferiori Saxonia et Belgio conscripti et delecti florem exercitus constituunt. De his rebus deque proposito suo comes Mansfeldius ipse pluribus ad Serenitatem Tuam scribet. Nam hoc se facturum mihi dixit: tum quoque hic nobilis, qui has desert, cuncta coram plenius enarrabit et exponet. Gallus et Anglus nunc in eo sunt, ut velint cum Germania et aliis Europae principibus consilia communicare, eosque missis nunciis adhortari et obsecrare,

2 Kézirat: mutaris

ne spei libertatis et communis salutis desint, officiantque vel mora, vel excusatione, vel ignavia, vel pravis consiliis et proditione, sed occasione hac prudenter et sine dilatione arrepta, vires opesque socient pro incolumitate propria et pro restitutione sociorum. Anglus praetera, si constitutis stat, et animum non mutat, decrevit regiis in publicum emittendis literis Orbi testatum ire, quam indigne et perfide a rege Hispaniarum³ et ab Imperatore⁴ in omnibus pacis colloquiis circumventus et delusus fuerit, ac proinde certo, confirmato ac praemeditato consilio destinasse Generum suum⁵ et cum eo Germaniam, una in dignitatem et libertatem pristinam vi et justitia armorum, favente divini Numinis auspicio, asserere et reducere. Quos Gallus in Rhatia progressus divertendis et distinendis Austriacorum viribus faciat, quidque ab isto rege in emolumentum et adminiculum communis belli expectari, quantumque rei facilioris modo gerenda momentum a Galli autoritate et societate accedat, hoc aliunde constat et supervacanci laboris est huc repetere. Praeter haec, quae dicta sunt, sciendum est, non contemnendam classem duodecim praetoriis et sexaginta plus minus aliis navibus compositam, in portubus Anglicis paratam expectare, insuper aliam etiam majorem et potentiorem apparatum iri. In quem finem tanta potentia navalis paretur, non quidem vulgo scitur, sed nemo dubitare sapiens et rerum cognitor potest, quin contra Hispanos instruatur. Aliquid egregii sibi ab istis apparatibus Respublica promittere certe potest, si Deus et fortuna ab alto aspirarit, et prudentia ac moderatione res conductae fuerint, ne perversorum praepostera consilia aut hostium astus obstiterint et anteverterint. Denique quod omnium maximum et firmissimum rerum bene gerendarum est: ut sic dicam inter aliquot melioris causae reges et principes (e quorum numero Suecus propter egregium in Rempublicam animum et sponte delatam operam et potestissimas suppetias praeminet primasque meretur) consilia de arcta confederatione agitantur et ultra citroque sociantur et ad deliberandum proponuntur. In tali enim foedere solidissimum unicum consistit fundamentum, cui tuto inniti potest, quisquis rem Evangelicam pristino flori et decori restituere desiderat. Faxit vero Deus, ut haec consilia successum sortiantur, et vota nostra, qui operas contribuimus et quantum possumus pro virili circum adnitimur, rata sint.

3 IV. Fülöp (1605-1665) 1621-től Spanyolország királya.

4 II. Ferdinánd (1578-1637) 1618-tól magyar király, 1619-től német-római császár.

5 Pfalzi Frigyes

Ad alterum mearum caput accedo, quod colloquium matrimonii inter Angliam et Galliam coeptum attinet, jam eo usque res promota est, ut conditiones et leges pactorum connubialium ab utroque et Galliae et Britanniarum rege signataeque sint, et munera arrhaque in pignus et certitudinem conventus ab utraque parte data et accepta. Hinc factum est, ut ignibus festis et tormentorum fulminatione aliisque publicis solemnitatibus laetitia et gaudium, quod ad utramque gentem inde redundat, declaratum fuerit. Propterea Buckinghamius,⁶ regii favoris promus condus cum selecto juvenum procerum flore et magnifico apparatu iter in Galliam apparat et adconcinnat, ut illinc deducat in Britanniam implexus sponsi regiam sponsam! In matrimonii colloquio, quod Anglus cum Hispano per multos annos cum magno Reipublicae dispendio habuit, similia quidem vidimus: attamen in hoc fulcimur firmiori spe et conubium brevi consumtum iri persuademur. Nam sejuncta sunt *Mirrae* et *silvam fluenta*⁷ aliudque sonare solet *cornix Gallica*,⁸ aliud *noctua Hispanica*.

Quae cum ita sint, Serenissime Princeps, nihil aliud ad rei summam restat magisque bonarum partium studiosi expectunt et optant, quam ut Serenitas Tua cum rege Britanniarum et hujus filio, principe Carolo in firmae amicitiae foederisque concordis societatem conveniat et coalescat. Si enim hacc vota Deus approbat et perficit, certi sumus eum constituisse Rempublicam oppressam, conjunctis regum et principum viribus ex squalore in pristinum florem asserere et redintegrare. Quomodo autem res exordienda et instituenda sit, ut Tua Serenitas et rex Britanniarum caeterique⁹ principes socii in foedus et indissolubilem¹⁰ animorum et consiliorum viriumque nexum coeant et conspirent, in eo laborandum et omne studium ponendum est. Ad felix faustumque auspicium et ad viam praemuniendam valde conduceret, si Te, Gloriosissime Princeps, orare audcremus, ut captata occasione per literas regem Britanniarum, omnium

6 Buckingham, Georg Villiers herceg (1592-1628) I. Jakab és I. Károly kegyence. Kétszer oszlatták fel a Parlamentet amiatt, mert vádat emeltek ellené — vörös Rusdorf beszámolóját (32.).

7 Utalás Myrrha mitológiai történetére. Cinyras ciprusi király leánya volt, aki myrrhafává változott. E fa nedve vagy magától cseppeg, vagy a fa megfúrásának a hatására.

8 Kézirat: Gallico

9 Kézirat: caeterisque

10 Kézirat: indissolubitem

Europae principum aetate annisque regnandi primum, primus compellare et studium benevolentiamque tuam offerre, atque eo modo veluti dextram amorisque pignus porrigerere dignareris. Quin hoc maximum certissimumque momentum et instar primi gradus ad amicitiam mutuamque necessitudinem inter Serenitatem Tuam et hoc regnum sanciendam futurum sit, rerum in his oris periti haud quanquam dubitant.

Votum secundet, qui potest, nostrum Deus rebusque lassis adsit!

Hacc apud Te, Potentissime Princeps, tam libere deponere, tum affectus in bonum publicum propensus, tum amicorum hortatus impulit: veniam vero si quid temeritate pia peccavero, humillime peto, qui vota precesque pro diutina incolumitate tua et felici ac victorioso regimine ad Deum concipio et fundo.

Dabam Londini Idus Januarii MDCXXV.

3.

London, 1625. március 27.

Rusdorf tudatja I. Jakab király halálát és Károly herceg trónra lépését. Javasolja, hogy Bethlen ezeket az alkalmakat kihasználva írjon Károlynak, mivel így közvetlen tudomást szerezhetne annak politikai terveiről.

Principum et regum exitus, Serenissime et Invictissime Heros, principibus et regibus in primis prescribere et significare decet; cum enim plerumque obitus regentum et principum consiliorum et temporum mutationes inveniant et sub novo successore forma imperii, consulta et actiones innovari¹ soleant: interest regum et principum, quorum regna conversiones rerum contingere consueverunt, ut quam maturrime talium mutationum certiores reddantur, quo possint maturrime praecipere et constituere, quae Reipublicae commodo et saluti esse judicaverint. Quae cum ita sint, officii mei rationem a me exigere existimavi, ut hisve literis Tuac Serenitati significarem, Jacobum, regem Magnae Britanniae, XXVII die Martii seu VI Aprilis secundum Gregoriani Calendarii computationem [Romanis VI² Kal. April.], paulo ante meridiem, intra undecimam et duodecimam horam, sicuti nos numerare amamus, absoluto

1 Kézirat: inovari

2 Kézirat: VII

vitae cursu, ex hoc aerumnoso³ rerum mortali ergastulo ad superos beatorum sedes placida morte, quam febris tertiana, suffocationibus et aliorum morborum symptomatibus aucta maturavit, a Deo avocatum fuisse. Statim post efflatam et origini⁴ suae redditam animam, eodem die Carolus unicus demortui regis filius, rex Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae consalutatus, et per praecones ac caduceatores renunciatus, unanimique populi applausu⁵ susceptus est ita, ut vere canere possimus:

Occubuit Phoebus, sed nox est nulla secuta.

Altero die proceres regni et primarii ministri in manus novi regis, sicuti moris est, officia sua deposuerunt et consignarunt, quae tamen subito praestito consueto fidelitatis juramento, iterum confirmata habuerunt, et exercere possunt, vel ad certum tempus, quamdiu regis defuncti cadaver supra terram existit, non deductis exequiarum solemnis, quae ante septem hebdomadum spatium fieri nequeunt, vel continenter, prout novo regi placuerit, quod post coronationem, quae justis peractis instituetur, cognoscetur. Quod nostrum nunc est, cum omnibus melioris causae studiosis ex intimo animo novo regi bona verba accinimus, coelestem potestatem, regum tutricem et rectricem comprecati, ut auxilio et numine suo ei adsit, bona consilia suggerat, ejus voluntatis ad salutaria amplectenda et auscultanda flectat, et felicia auspicia, successus et eventus praestet. *Deus enim salutem regibus dat et facit, ut oculus videat et auris audiat,*⁶ sicut Sacra Scriptura nos docet. Si hoc votum benignus ille rerum et regnorum conditor et dispositor secundat, nulli dubitamus, quin hujus novi regis imperium non modo rebus afflictis Reipublicae Christianae eam, quam desiderant et expectant opem et in melius mutationem allaturum; sed etiam amicis summo solatio, hostibus terrori, subditis tutelae, sibi ipsi gaudio et honori futurum sit. Ut autem rex Carolus auspicato principio regiminis susceptionem imbueret, et praecaram sui opinionem concitaret et confirmaret, nihil prius habuit, quam consilium de convocandis comitiis habere, ut cum bona Ordinum gratia et communicato cum ipsis consilio res regni ordinaret et stabiliret. Deinde ne amicitia et necessitudo, quae cum vicinis et protestantibus regibus ac principibus regno Angliae

3 Kézirat: arumnoso

4 Kézirat: origine

5 Kézirat: applausa

6 Zsoltárok könyve 143:10

intercedit, aliquid pateretur damni et incommodi ex mutatione, aut incopta negotia conturbarentur, ad omnes principes, apud quos legatos et ministros defunctus rex vel habet, vel habuit et missit, scripsit, eisque mortem patris et suam in regnum et jura paterna successionem significavit, non minore quam genitor studio inchoatas et probatas cum ipsis amicitias colitum se promittens. Nam inter caetera decedentis bona, amicitiae quoque successionem se affectasse, et familiaritatis a patre cultae haereditatem adiisse dicit. Caetera, quae ad felicia regni auspicia et ad stabiendum imperium pertinent, cum temporis cursu pedetentim, ut conveniet rebus praesentibus, expetuntur.

Hac ideo ad Te, Serenissime Princeps, prescribere ausus sum, tum ut mortis regis Jacobi, et successionis Caroli certior fieres, tum ut captata occasione a congratulandi et contolendi officio, veteri et usitato inter magnos principes more, vel ad novum regem scribere vel nuncium mittere, prout e re tua judicaveris, posses. Isto modo non solum ad arctiorem amicitiam, cum rege Carolo sanciendam et ad spem futuri foederis portam tibi aperies, sed etiam percontaberis verum in his regionibus rerum statum, et cognosces de plano, quid tibi de hoc rege ejusque amicitia polliceri possis. Eadem occasione cuncta, quae inter Protestantes reges et principes agitantur, consilia perdisces, facultatemque nancisceris⁷ ea monere, urgere et postulare, quae e re visa fuerint: quamvis etiam nihil etiam ab ipsis principibus omissum iri, quod Te, tam potentem Evangelicae rei defensorem et patronum concernere queat. Quin vero hoc officium congratulationis acceptum et instar tesserae summae benevolentiae inter Serenitatem Tuam et regem Angliae coaliturae sit futurum, nemo prudens, indolis et animi Caroli gnarus, rerumque instantium peritus dubitare potest, et ego ex evidentissimis notis colligo. Quemadmodum autem, Serenissime Princeps, Te reverenter rogo, ut hanc meam temeritatem, a pio et sincero in Rempublicam et tuum emolumentum zelo prosectam, clementissimo vultu adspicere velis, ita Deum veneror, ut Serenitatem Tuam in solarium et defensionem Christiani Orbis et in terrorem et exitium hostium diutissime florentem semperque triumphantem conservet.

Dabam Londini VI Kal. Aprilis MDCXXV.

4.
Salisbury, 1625. október 26.

Rusdorf megköszöni Bethlen Gábor válaszát, amelyet megmutatott I. Károlynak is. Mindketten lelkesen olvasták. Károly tárgyalásokat kezd Hágában Buckingham útján Frigyes cseh királlyal a protestáns fejedelmek szövetségbe tömörítéséről. Rusdorf végigveszi a számba jöhető uralkodókat: Bethlent, a dán és a svéd királyt. Franciaország csak titokban csatlakozna ehhez a szövetséghez. Az angol hajóhad számszerű jellemzése.

Literac, quas ad me, Serenissime ac Potentissime Princeps, scribere dignatus es, mihi perpetuum excelsi et regii tui in me favoris et clementiae testimonium sunt: illas humili obsequio et devotione excepi et religioso labro deosculatus sum. Nostrarum nunc partium est, cognita Serenitatis Tuac voluntate et mandatis, ea agere et confidere, quae nostra fidelitas ac debita observantia a nobis flagitat, et in Reipublicae emolumendum tendere scimus. *Quanto quis diligentius obsequitur, tanto majorem gratiam obtinebit*, inquit Aristoteles.

Ex eo tempore, quo rex Carolus regni gubernacula suscepit, occasionem saepius habui cum ipso de Serenitatis Tuac egregio et magnanimo rem Christianam et meliorem causam promovendi animo, de sincero item luculentis testimoniis probato et Serenissimo regi Friderico exhibito adfectu et studio colloquendi et commemorandi.¹ Nuper etiam literas Tuac Serenitatis ad me scriptas legendas et inspiciendas dedi. Illas legit ac re legit et manum ac sigilla diligenter inspexit, denique quam varia de rebus, forma regiminis, de magnitudine et commoditate regionum, deque ingenio ac studiis oblectationibusque Tuac Serenitatis percontatus est: omnia ea, quae ego balbutienti et rudi lingua percensere potui, oppido² grata sibi et jucunda auditu esse, seque ea magna cum animi voluptate intelligere ac confidere respondit, Tuac Serenitati caeterisque bonarum partium principibus satis compertum esse cum quanta sincera contentione et labore ac sedulitate, Rei publicae Christianae collapsae statum in pristinam libertatem reponere pro virili annitatur: proinde neminem fore,

1 Ismeretes Rusdorf nem sokkal korábban (1625. október 13/3) átadott memoire-ja az angol királyhoz, amelyben felhívta a figyelmet Bethlen Gáborra (MARCZALI Henrik: Újabb regesták a külföldi levéltárakból. Történelmi Tár 1879. 549).

2 Kézirat: oppida

qui de suo candore et constanti proposito dubitare queat, cum hanc suam voluntatem tot indicis et testimoniis, tot actionibus, totque inceptis et factis declaraverit, et quotidie magis ac magis declaratum est. Et sanc hujus regis intentio et animi propositum talia sunt, ut ea meliora ne optari quidem possint, modo conductio et pertractatio consiliorum robustior et per experientiam firmior ac prudentior accedat, et ipse a domesticis susurribus sibi caveat, nec uni potentiori regimen sui indulget: tum de felici successu vix dubitandum est. Prima consiliorum bona sunt et solida: si hoc pede pergitur, et quod incepsum est ac promissum, absolvitur et adimpletur, rem factam habemus. Primo enim foedus offensivum et defensivum, ut vulgo vocant, in quindecim annos cum vicinis Batavis, aeternis Hispani hostibus percussit, et restitutionem Friederici, sui affinis conjunctis viribus et potentibus armis procurandam in se recepit, nec a bello desisturum promisit, donec Austriacorum exturgescens et omnia consumens potentia in ordinem redigatur, et pax secura Orbi Christianae parta sit. Deinde nunc in eo est, ut consilium capiat, quomodo quibusque persuasionibus Danus, Succus et alii amici in foedus illud, missis internuciis pertrahi queant, ea de causa ducem Buxinghamum, suorum ministrorum primum, in cuius sinum omnem consiliorum et arcanorum curam deponere, cuique ac totum ipsem regendum praebere solet, Hagam misit, ut cum rege Bohemiae et Confoederatis Belgii Ordinibus deliberet et rationem ineat, quomodo caeteri ad conjunctionem animorum et virium permoveri et adduci queant. In ista deliberatione et congressu Tuac Serenitatis non oblivisetur. Diligenter enim monui, ut Tui, tanquam Principis, qui ad rei summam plus quam ullus in Europa regum possit, digna habeatur ratio. Ad haec Dano avunculo ingentem pecuniae vim repraesentari curat, et Mansfeldio, qui cum copiis ad Danum se contulit, sub ejus auspiciis deinceps militaturus, stipendia solvere pergit, Succum quoque, cuius legatum summo honore affectum ante mensem a se dimisit, ad societatem belli evocare et propositis in medium acquis conditionibus inflammare et accendere in animum induxit. Denique classem potentem et vere regiam ante mensem ferme, ad Hispaniac oras depraedandas, infestandas et intercipiendas emisit. Licet haec omnia successum speratum non obtineant, nec ea, quo dicta sunt modo feliciter persificantur, quod omen Deus averruncet, tamen constantem se mansurum et reparatis viribus et animis in semel coepito proposito

firmiter progressurum; se enim ex conscientia obligatum, et hoc sibi a Patre in supremis mandatum fuisse, saepius mihi et aliis regio ore affirmavit.

Hae sunt, Serenissime Princeps, actiones regis Brittaniarum, a quibus si abessent morae³ et hæsitationes, et adesset consiliorum ardenter maturiorque et excussior cura, ultra votum beati essemus.

Quod Gallum attinet, quamvis sperandum non sit, ut nomen in foedus inter Protestantes reges sancitum palam det, et tabulis subscribat, propter respectum Papæ et aliarum considerationum; tamen ejus amicitia qualiscunque multum utilitatis rebus confederatorum conferre potest: ideo hoc saltem tentandum est, ut permovereatur ad contribuendam aliquam simbolam clam et sub axilla, ut aiunt, quoniam aperte amicus et socius esse non audet. Fatendum quidem est, haud⁴ pauca a Gallis committi, quæ vix aequo animo ferri concoquique possint, attamen tanti momenti ea non sunt, ut Foederati Galliam suis conatibus manifeste inimicam et oppugnaticem futuram timere cum ratione debeat.

Cassis regis Caroli cum in altum progrederetur, divisa fuit in tria agmina, primum Thalassiarcae seu Praefecti et Imperatoris fuit in quatuor legiones distributum, naves triginta numerabat, naviculatores MMCCCCIII, milites MMMMXCIII. Secundum Legati Thalassiarcae continebat tribus legionibus MMMXVIII. classiarios, MDCCLXV nautas et viginti novem naves. Tertium habebat tres legiones, MMMVIII epibatarum et MDCCCXXXIII naviculatorum in viginti novem navibus. Tormentis, pulvere, pyro, armis et aliis ad bellum necessariis, commeatu idoneo et sufficienti cunctæ naves erant oppido bene provisæ. Nam rex ipse Plymouth excurserat, ut omnia praesens maturaret, urgeret et tanto melius et citius in ordine ex apparatu videret. Nisi enim rex eō venisset, et emendari festina diligentia jussisset,⁵ quæ per moram et negligentiam fuerunt male acta, classis vela nondum fecisset. *Nam actores absentium, quibus res longinqua committitur, tanquam soluti legibus vivunt: quoniam procul positis nullus dominorum terror incutitur.* (Symmach.)

— — — ursit praesentia Turni. (Virgil.)⁶

3 Kézirat: more

4 Kézirat: hauc

5 Kézirat: jussisset

6 Vergilius: Aeneis IX:73 (urget)

Haec pauca actionibus et consiliis regis Caroli ad Serenitatem Tuam scribere volui, submisce rogans, ut meam, si peccavi importuno officio, temeritatem ex nimio in Rem publicam et tuam calore profectam benigne interpreteris. Ego Deum supplex semper venerabor, ut Te principum herorum florem et unionem sospitem virentemque conservet diu in solatium, fulcrum et remedium concussi et afflicti Christiani Orbis.

Dabam Salisburii in Anglia VII. Kal. Novbris MDCXXV.

5.

Kingston, 1625. november 13.

Rusdorf tudatja Bethlennel, hogy Brandenburgi Katalinnal való eljegyzésének hírét örömmel fogadta az angol királyi udvar, különösen I. Károly király, akivel Bethlen a házasság révén rokoni kapcsolatba fog kerülni.

Scio, Serenissime ac Potentissime Princeps, in leges modestiac peccare cum, qui sacras principum occupationes intempestivis compellationibus interturbat, cum tamen res grata et digna nunciari et referri potest, magis peccatur silentio, quam oratione. Hinc fit, ut his inconditis, sed officiosis literis Tuam Serenitatem ausim interpellare significaturus, quam grato et lacto sensu Rex Britaniarum perceperit nuncium illum, quo informabatur, Te cum Serenissimi Electoris Brandenburgii¹ sorore² matrimonium contracturum. Cum enim inter alia referrem, quae Serenitatis Tuac legati, nuptiarum poscendarum conciliandarumque causa missi effe- cissent Berlini et rem factam sponsamque pactam esse dicerem: hic nuncius, inquit rex, mihi gratissimus est, et cum magna voluptate illum excipio; ante omnia sincero animi affectu adgaudeo et congratulor; vellem jam nuptias peractas esse et virginem sponsam in thalamos et domum deductam.

Non minus caeteri³ hujus regni proceres, quod religiosa fide affirmo, ardentibus votis et summa hilaritate bona verba acclamat et illud tam auspicatum conjugium, unde Respublica Christiana afflita permagnum

1 Kézirat: Serenissimis Electoris Brandenburgiis

2 Brandenburgi Katalin György Vilmos választófejedelemlégye 1626. március 2-án kelt egybe Bethlen Gáborral.

3 Kézirat: caeteris

sentiet emolumentum et incrementum, quam citissime consummatum videre exoptant. Non inter ultimas principis laudes numerandum est, si exteri⁴ et remoti ipsi fausta adprecantur et declarant applausu et fremitu amorem et existimationem, qua eum colunt et venerantur. Nihil autem est, quod ad gloriam et decus majus addat incrementum, aut magis aestimare faciat principem apud suos et caeteros, quam adsumta *Fortunae fastigio consentiens et aequa conjux:* (Plin. Paneg.) nihil majorem splendorem et gratiam parit, quam digna et multorum principum cognitioni innixa affinitas et necessitudo: nihil magis commendat principem subditis, nihil Reipublicae utilius contingere potest, quam conjux aequalis dignitatis, paris voluntatis ejusdem, quod omnium maximum est concordiae vinculum, religionis.

Héper megíszté gínetai szótéria

Hótan güné prosz avdra mé dikhosztaté (Eurip. Medea)

Quae maxima salus est conjugii

Quando conjux a marito non dissidet.

inquit ille. Haec pauca ad Serenitatem Tuam perscribere prae sumsi, ut scires, cum quanto applausu et approbatione rex Angliae gloriosum illud tuum propositum in ducenda Electoris Brandenburgici sorore approbet, et gaudeat Te in ipsis quoque cognitionem venire et transire. Interest enim principi, qui ad famam et Reipublicac utilitatem omnia sua dirigit, scire et exploratum habere, quid alii principes et reges de se, deque suis amoribus, actionibus et consiliis tam domesticis quam publicis sentiant et judicent, et an gratum cum dignumque aestiment ipsorum affinitate et necessitudine. Hoc ut luculento indicio constaret, et cognoscere posses regem Britanniarum sibi gloriae ducere, Te, tantum principem in necessitudinem et cognitionem suam convenire, mihi silendum esse non putavi, devote contendens, ut pro magnanima tua benevolentia hanc officii mei importunitatem benigne et clementer interpretari et in bonam partem accipere velis. Illa enim proficiscitur ex devoto et pleno fidelis obsequii animo, quo heroicas et coelestes tuas virtutes adoro, Teque divinitus in Reipublicac Christianae solarium, fulcrum et

reparationem destinari ac reservari auguror et praedico Deum supplex
venerans, ut Te, Princeps Fortissime, cum florentissima et inclyta pro-
sapia quam diutissime incolumem sospitemque servet.

Dabam⁵ Kinigstonii in Anglia Id. Novembris MDCXXV.

6.

London, 1626. december 3.

*Rusdorf részletesen beszámol I. Károly belpolitikai gondjairól. Ez ma-
gyarázza, hogy Bethlen követe, Quad olyan sokáig időzött Angliában, és
egyelőre még nem kaphatta meg a remélt segítséget.*

*Rusdorf azt ajánlja a fejedelemnek, hogy küldje el Bethlen Pétert
Angliába, és igyekezzen megnyerni a canterbury-i érsek kegyeit is.*

Ratio officii mei, Screnissime ac Potentissime Princeps, et debitum in
Tuam Serenitatem obsequium et cultus me monent, ne negligam hanc,
quae se commodum offert, redeunte nobilissimo viro, Quadio,¹ legato
vestro, occasionem referendi aliquid ad te de publico in Anglia rerum
statu; cum potissimum in finem ut non solum cognoscas, quo loco res sint
in hac ultima parte Europae, ad quam tot principes oculos suos attollunt,
sed etiam ut cognitis causis aquiore animo seras, quod legatus Tuac
Serenitatis tam diu hic detentus fuerit, nec tamen cam, quae rerum
praesentium necessitati conveniebat, quamque magnanima Tua
generositas et petitio mercabant, reportet satisfactionem. Serenissimo regi
Carolo animus et voluntas Tuac Serenitati aliisque confederatis princi-
pibus in cunctis iis, quae ad Reipublicae curam spectant, satisfaciendi,
promtissimus et inclinatissimus non deest; illum ardentि cupiditate in-
censum omnibus modis cupere complere, effectaque dare ea, quae a se
expectantur, secumque pacta sunt, pro melioris causae et religionis resti-
tutione novimus: hinc ipsum indignari² compertum habemus, quod Tuac
Serenitatis legatum non potuerit, rebus omnibus ad unquem et ex voto
expeditis, remittere. Quam plurimae difficultates et incommoda ex impro-

5 Kézirat: Dabum

1 Quadt, Matthias a német katonák kapitánya Bethlen Gábor udvarában. Korábban a jägerdorfi herceg szolgálatában állt. 1626-ban Bethlen követe volt a protestáns nyugat-európai hatalmakhoz.

2 Kézirat: indignaris

viso enata et quotidie nova emergentia suppullulantia,³ quac non nisi cum temporis et morae⁴ patientia possunt vinci et recidi, circumvallant bonum principem. Hinc fit, ut quod maximum malorum est, adminicula, quibus juvare debet amicos et belli socios, vel non sint tam cito in promtu, vel parata evadant difficiliora, propter domesticam cum subditis sollicitudinem. Primordia regni quidem auspiciatissima habuit, sed in administrationem operosam et infinitis jam tum molestiis et aerumnis perplexam et irrelictam⁵ successit, quam statim majores difficultates, perturbationes, onera et sumtus exceperunt et aggravarunt. Nam regnum a patre relictum invenit multis et magnis incommoditatibus pressum, aerarium exhaustum, redditus⁶ diminutos, aere alieno fiscum laborantem, legationibus, conventionum evanidarum tractatibus, largitionibus tam publicis quam privatis ingentes auri thesauros profusos. Ut ex multis pauca delibem, in solum matrimonii cum Hispano per novem annos incassum tractati et ambiti colloquium, in legationes ea de causa missas, in iter principis Caroli in Hispaniam, in xenia apophoreta et similia donaria ibi collata, intra quinquennium ultra tricies septies centena millia aurorum projecta fuerunt, in Mansfeldii expeditionem septies centena millia aurorum plus minus impensa sunt. Adhaec rex Jacobus ex pactis obligabatur alcere Batavis regio sumtu per biennium sex millia peditum auxiliiorum: haec a rege Carolo tanquam successore erant adimplenda et perficienda. Deinde reperit varia compositionum colloquia incredibili labore et sumtu per multos annos frustra et cum labore honoris ac detimento boni publici instituta et reciprocata, paulo ante mortem patris erupta et dissoluta, et ad nihilum redacta, tanquam poma fugacia⁷ Palestinae. Reliquit porro pater Jacobus filio amicitiam cum Hispano, suspectam et simulatam; cum Gallo matrimonii conventionem susceptam; potentissimae classis apparatus inchoatos nec dimidio finitos; amicos vicinos et socios principes ubique attritos et opis egentes: talem rerum vultum invenit Carolus, cum diadema ad se devolutum assumeret. Verum

3 Kézirat: suppullantia

4 Kézirat: more

5 Kézirat: irrelitam

6 Kézirat: reditus

7 Utalás Tantalosz mítoszára, aki az Alvilágban étlen-szomjan bűnhődik, nem érvén el a föléje függesztett ételt.

non tam cito auspicatus erat gubernationem, extemplo,⁸ sicut fit in novo regno, novae et majores difficultates et onera, quasi uno impetu irruerunt, tanquam

— aggeribus raptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles.⁹

Nam non solum ad ea praestanda et continuanda, ad quae pater obligatus erat, ex successionis lege tenebatur, sed insuper novas impensas facere, et multa alia subire onera atque molestias, necessitas temporis cum coegerit: in exsequias patris, et quae inde dependebant, ducenta¹⁰ et quadraginta ad minimum millia aureorum testificandae pietatis ergo profudit, non minus duae illae pomposae legationes in Galliam et Bataviam per Buxinghamum, duorum regum delicium, obitae constituerunt. Ne dicam jam de aliis legationibus, de matrimonii et nuptiarum solemnibus, de Reginae receptione et in thalamum deductione, de sumtibus inaugurationis et similibus aliis. Quantum excipiendis et publico sumtu alendis ac munerandis tot oratoribus, qui novo regi matrimonium et successionem congratulatum et patris mortem planctum venerunt, insumtum quis dicat? classis centum navibus instructa superiori anno emissa, vicies quinques centena plus minus millia aureorum constituit; Dano in singulos menses, licet vix tres adhuc soluti sint, centum millia aureorum condicta et perscripta sunt: præterea Mansfeldio non nihil pecuniae nuper solutum et adnumeratum fuit. Adhaec Hispano bellum illatum, apparatus in offensionem et defensionem terra marique facti et faciendi, alia etiam classis hoc anno emissa, foedus item cum Batavis et Dano percussum et sexcenta talia ineffabilium molestiarum et infinitorum sumtuum causae fuerunt. Non omittendum est, quod cum Gallo controversiae et dissensiones de commerciis de reginac familia ordinanda, de pontificiis clementius habendis, deque aliis rebus quotidie interveniant; multis juriis¹¹ et contentionibus ultro citroque tanquam serra, quae reciprocatur, inter amborum regnorum ministros disceptatis et extractis, Galli in domo reginac servientes, quorum insolentia nimis crescere et intolerabilis esse judicabatur, regno et aula discedere jussi fuerunt, salariis tam solutis et muncribus insuper additis

⁸ Kézirat: ex templo

⁹ Vergilius: Aeneis II:496-497.

¹⁰ Kézirat: ducenda

¹¹ Kézirat: gurgis

affecti (in quae plus quam ducenta sexaginta millia aureorum impensa dicuntur). Hoc facto oleum igni affusum est, et majores ac inexplicabiles molestiac, quibus rex et regnum magis ac magis involvitur, excitatae sunt. Cum Bassompetro,¹² qui nuper legatus ad componenda haec dissidia e Gallia missus erat, aliquid transactum est, sed non integre, non perfecte: atque ita altercationes istae adhuc durant et vigent, regique Carolo caeteras curas et sollicitudines geminant et exaugent. Accedit porro tanquam ad cumulum occupationum et sumtuum, clades, quam Danus nuper infelici Marte cum Tillio¹³ congressus, passus fuit. Nam illi a nepote rege succurrentum est: eum in finem¹⁴ pecunia et sex millia peditum transmittentur et alentur. His oneribus et incommodis sumtibusque opulentum hoc regnum praegravatum est. Non infitias vero ire possumus, quin multa ex iis, quae dicta sunt, potuissent omitti aut saltem differri, si fati benignitas solidiora et felicia consilia suggestisset. Quaedam etiam viribus et ingenio altiora esse suscepta et tentata non abnuimus: nihilominus tamen regnum hoc cunctis illis inceptis et oneribus suisser ferendo, seque a difficultatibus circumstantibus explicare potuisset; nisi inopina Dei ira, majus tetriusque malum in ipsa viscera subrepisset invaluablemque, cuius haec causa, ortus et progressus fuit. Habent reges Angliae ab antiquo in more, ut quanto indigeant pecuniis, et vel in bellum, vel in aliam rem arduam sumtus necessarios parare velint, Comitia Regni, quae Parliamentum vocant, in duas domos¹⁵ (sic vocant senacula:) superiorem, quae proceres cum episcopis et praesulibus, et inferiorem, quae urbium et provinciarum municipalium delectos complectatur, divisum, convocent, et Ordines nomine totius regni congregatos de subsidijs, sic enim nominant collationes pecuniarias, interpellent. Vicissim populus et Ordines hoc beneficio et privilegio gaudent, ut, si quae habeant gravamina, ea in his comitiis proponere, remedia querere, et liberrime de omnibus rebus patriam concernentibus sententiam dicere possint. Hinc saepius fit, sicut in aliis quoque regnis, ut populus non tam

12 Bassompierre, François de (1579-1646) francia marsal. 1621-ben rendkívüli követ volt Madridban.

13 Tilly, Johann (1559-1632) a spanyol hadseregen kezdté katonai pályafutását. 1600-ban alezredesként Magyarországon a török ellen harcolt, 1605-ben Magyaróvár parancsnoka volt. A harminc éves háborúban a katolikus Liga seregeinek a fővezére volt.

14 Kézirat: cum in finem

15 Kézirat: homos

cito consentiat ad subsidiorum contributionem, nisi sibi quoque satisfactum et prospectum prius videat. Rex igitur Carolus majorum vestigia secutus, et ordinarium consuetumque callem cogendorum nummorum ire volens, statim initio regni sui comitia edixit; sed quae tunc propter ingruentem et late serpentem luem diu continuari et ad finem perduci non poterant. Ordines tum in signum promptae benevolentiae et in felix faustumque regni auspicium, loco coronarii, duo subsidia, hoc est octingenta plus minus millia aureorum, ultiro obtulerunt et bona dederunt. Paulo post altera comitia indicuntur, et Oxoniae celebrantur, ibi rex expositis, in quibus se et totam Rempublicam Christianam¹⁶ videat versari angustiis et necessitatibus subsidia pecuniaria, quibus amicis opem suam implorantibus adesse, et bellum contra Hispanum, communem hostem cum gloria et felici successu gerere possit, flagitavit.

Ordines inferioris domus Parliamenti, penes quos est in concendendis subsidiis major numerus, potestas et auctoritas, statim expetunt¹⁷ conqueri de praeponstra et perversa imprudentique rerum regni administratione, in Buckinghamum, Ganymedem¹⁸ et delicium regii favoris, omnem culpam coniicientes, cum unicum esse noxam et pestem Reipublicae, omnium consiliorum et deliberationum scopulum et naufragium. In regni aliarumque rerum publica administratione et cura nihil cum fundamento et ratione fieri, sed omnia ex solo illius arbitrio et impetu regi; cum gratia et potentia, qua apud Regem polleat, abuti, et in perniciem patriae uti; hactenus tot ac tanta subsidia, quae quadragies centena millia aureorum excedant, per Ordines in communis causae opem et solatium soluta fuisse; nihil tamen isto ingenti aere egregii¹⁹ susceptum, minus factum apparere; sed domi et foris omnia in pejus ruere: pecuniam enim in Reipublicae oppressae et amicorum bello afflictorum auxilium destinatam ac contributam in privatos usus et ex libidine istius hominis insumi et expendi; idem quoque futurum esse, si vel nunc, vel deinceps aliquid contribuerint: non enim meliora speranda, sed deteriora timenda, quamdiu iste ignavis rerum clavum tenuerit, et apud Regem insolenti potentia praepolluerit. Britannus qua populi nimia presumtione et li-

16 Kézirat: Christianum

17 Kézirat: experunt

18 Ganümédesz a görög mitológia szerint Trósz király fia volt, akit az istenek az égbe ragadtak és Zeusz pohárnochává tettek.

19 Kézirat: egrgii

centia regimen ipsius acerbius perstringentis offensus, qua amore in Buckinghamum aliisque causis motus comitiare infecta dissolvit, Ordinibus domum redire jussis. Interea dum interstitium rebus datur et sperantur mora evanitura odia; contigerunt multa domi forisque, quae offensionem contra Buckinghamum potius accenderant, quam minuerant, videlicet infelix successus classis in Hispaniam expeditae, ducis Sobizii²⁰ in Gallia clades navibus Anglicis acceleratae, Rupellanorum²¹ res per consilia intervenientium²² et se ingerentium ministrorum in arctum redactae, mercatorum Anglorum bona variis in locis impedita, et similia talia, quicquid enim mali acciderat, Buckinghamio imputabatur, tanquam causae et origini. At Britannus necessitates suas et indigentiam in dies augeri, et amicos subinde promissa auxilia exigere et fidem suam obtestari, nullumque alium superesse remedium sistendis et curandis malis, quam novam comitiorum inductionem animadvertis, iterum conventum Ordinum coegit, omnibus modis sedulo annixus, et in id unice intentus, ut sepositis et sublatis contra Buckinghamum effusis²³ quaerimoniis, sine mora, subsidia et necessarios in bellum, ipsorum Ordinum persuasus susceptum, sumtus extorqueret. Sed inferioris senaculi Ordines indignationi vela laxantes majoribus, quam antea, animis in Buckinghamiam desaevierunt, cumque innumeris criminibus, instituta accusatione et processu onerarunt; fontem auctoremque omnis mali et inter regem et subditos dissidiorum somitem; honorum et titulorum quos gerat, indignum esse; juvenem imprudentem et affectibus obnoxium, et nullo artis²⁴ genere contaminatum; non regis, non regni, sed proprium duntaxat emolumentum quacerere; noxiis et impetuosis consiliis patriam totamque adeo Rempublicam Christianam affligere et perfundare, quocirca unice contendere, ut rex hominem a se et a Reipublicae administratione removeat, in eum digne animadvertis, nec unius perniciosi amorem pluris aestimet, quam tot millium innocentium subditorum preces, suspiria, gemitus, vitas et fortunas: caeterum se, ut fideles subditos debeat, esse paratos, non modo ea, quae petat subsidia et sumtus in bellum, confede-

20 Soubise Benjamin, de Rohan (1583-1642) a La Rochelle körül harcokban tűnt ki.

21 Rupellae, azaz La Rochelle, a XVI-XVII. században a hugenották fővárosa. 1625-ben az angolok hajóhaddal támogatták vallásháborújukat. 1628-ban azonban kénytelenek voltak megadni magukat.

22 Kézirat: intervenientiam

23 Kézirat: effuntis

24 Kézirat: artii

ratisque juvandis sufficere; sed omnia bona, vitam et sanquinem ipsum pro salute patriae, proque incolumitate regis lubentissime conferre et exponere. Rex his disputationibus et querimoniis tempus diu trahi coninxit, subinde sperans infensos animos ad aliquam remissionem, aut ipsa mora, ubi satis debacchati fuerint, et irarum virus effuderint, ad rationem reddituros, saltem verecundia motos petita pecuniaria subsidia, non diutius detrectaturos esse

All' ou Zeusz andraszzi²⁵ noémata panta teleuta (Hom.)

Sed minime Jupiter hominibus omnes cogitationes perficit.

Interea dum haec, quac memorata sunt, ita aguntur, Bristolius comes (qui Digbijus²⁶ antequam comes creatus erat, vocabatur, hic in aula Caesarea ante quinquennium legatus fuit, semper Hispaniarum partium plus aequo studiosior judicatus), hanc occasionem captandae aurae popularis arripit, et ut se plebi, cui hactenus propter nimiam cum Hispanis familiaritatem suspectus et infensus erat, gratus redderet, simulque acmulum et inimicum Buxinghamum, cum quo in Hispania simultates contraxerat, ulcisceretur, assurgit, et oblato libello enormia multa crimina in Buxinghamum componit. Rex autem, inaudito rari in clientem amoris exemplo, Bristolium antevertere et in accusatione impedire satagens, cum criminis laesae Majestatis eodem tempore in comitiis, apud superioris senaculi Ordines, sicut moris est, cum Princeps contra purpuratum actionem movet, postulat: ac demonstrat, cum falsis et perfidis informationibus et mendaciis Jacobum regem, quod genero suo rebus integris auxilium non tulerit, nec ejus defensionem contra imperatorem suscepit, circumduxisse et decepisse. Ad haec Bristolium, per astutam malitiam, matrimonium inter regis Bohemiae filium primogenitum et imperatoris filiam paciscendum proposuisse insuper suavisce, ut iste in aula Caesaris, usque dum maturus nuptiis esset educaretur. His et similibus accusationibus Bristolius coram superioris domus Ordinibus ex vinculis respondere coactus fuit, primo ad libellum responso facto, tum etiam fuit admissus et auditus contra Buxinghamum, quem dicebat clanculum cum Hispanico legato, Gondomario²⁷ conspirasse et transegisse, ut princeps

25 Kézirat: andreszsz

26 Sir John Digby Bristol grófja, spanyol követ.

27 Gondomar, Diego Sarmiento de Acuña (1567-1626) spanyol diplomata. 1613 és 1618, valamint 1619 és 1622 között angol követ. Nagyban szorgalmazta I. Károly és a spanyol infánsnő házasságát, hogy elvonja I. Jakabot a protestánsok megsegítésétől.

Carolus in Hispaniam duceretur, et ibi ad pontificiam religionem converteretur, adeo ut Papa quoque hujus rei notitiam adeptus, Buckinghamum, ut in proposito constanter pergeret, transmissa bulla instigarit et admonuerit. Praeterea Buckinghamum causam exstisisse casus et exitus Electoris Palatini Palatinatusque amissionis denique multorum aliorum criminum, quorum indicem in libellum conjecit, fontem²⁸ esse. Postquam rex pertaesus et impatiens morae, animadverteret, hos processus actionum varietate et cognoscentium motu implicatos, nimis diu duraturos, et animos populi indies obstinaciores fieri et effervescere, nec aliter quam sacro piaculari, hoc est Buckinghamii ruina et exitio placari et ad rationem indicendarum capitulationum permoveri posse, conventum iterum rupit re infecta; vel quia innocentem perire injustum esse putabat, vel quia honoris et autoritatis suae interesse judicabat, populi licentiam et protervam audaciam in actiones suas suorumque consiliariorum insolentius et pertinacius inquirendi cohibere. Sic ergo denuo spe cogendorum nummorum frustratus, non potuit expectationi Confederatorum suorum satisfacere, nec Dano aut aliis promissam pecuniam et auxilia, tam promte, ut volebat, et temporis necessitas flagitabat, praestare; nunc omnes alias rationes et vias conficiendae pecuniae anquirit et experitur, quae quidem pleraque vel tardae sunt, vel effectu difficiles, patientia et mora igitur opus est, et ferenda sunt illa incommoda et impedimenta, quamdiu non possunt corrigi vel removeri. Multa simul tuto et brevis temporis spatio emendari non posse: sed si quid aliud in rebus humanis, tum imprimis Reipublicae constitutionem, et tempus et sapientiam requirere, compertum est. Populi et multitudinis vehementiores impetus non nisi mora frangi et cedendo vinci possunt, obnito exasperantur et insolescunt: illud enim veteris monitoris observandum est principibus cum populo dissentientibus:

Quem superare potes, interdum vince ferendo

Maxima enim morum est semper Patientia virtus. (Cato)²⁹

Digni mehercule laude sunt, qui humano more occupato imperio acquisi id administrant, quam ipsa³⁰ vires patiuntur.

28 Kézirat: sottem

29 Cato: Disticha I. 38-39.

30 Kézirat: ipse

Quomodo cunque vero res nunc comparatae et confusae sint in hoc regno, fieri tamen nequit, ut illae in hac praecepiti tegula, ut sic dicam, diu consistere possint. Oportet, ut brevi conversio succedat, et rex tandem cum Ordinibus suis in proximis comitiis in gratiam redeat, nisi enim fuerit, ipse sibi magnum Reique publicae damnum accerset. Facillime autem et unius horae momento fieri potest, ut rex Carolus amorem et benevolentiam populi sibi reconciliet: ut enim inter virum et uxorem sribuscula interdum ob zelum et suspicionem alieni amoris intercedunt; quae tamen non diu durant, et levi subitaque vicissitudine consopita in arctiorem ardentioremque necessitudinem convertuntur; sic inter principem et subditos saepe dissidia et contentiones exoriuntur, propter amorem et indulgentiam nimiam in unum aut alterum praepotentiorum collatum, sed illae facili labore et mutatione inopina componi et ad redintegrationem incrementumque prioris amicitiae flecti possunt.

Discordia fit carior concordia. (Pub. Syr.)³¹

Populus enim simpliciter et absolute non detractat pecuniaria subdia contribuere et exsolvere; paratus enim est omnia bona et fortunas suas in bellum pro communi libertatis et religionis causa gerendum conferre, et nihil non velle amore reginac³² Bohemiae, quam ingenti affectionis impetu prosequuntur et Reginam Cordium vulgo solent cognominare, sciunque propter ipsam maxime regem arma cepisse. [Sic Daniel vocatur anér epithumión, vir desideriorum, Dan. 10, vers. 10.] Quod si benigni Numinis indulgentia haec, quae supra deducta fuerunt, obstacula et remoras amoveri et superari permiserit, quod ardente votorum et precum connisu expetimus, tum pristinus huic regno resurget splendor, et iterum incipiet sibi et amicis gratiore lumine lucere, ac potentius et liberalius suis confederatis bello implicitis manum auxiliarem tendere, et resarcire, quae nunc cum irreparabili Reipublicae damno negligere cogitur. Cum felix illa rerum facies affulserit, tum melioribus consiliis et prosperiori successu res gerentur, et principum confederatorum, imprimis tuae Serenitatis, tanquam Principis, qui ad rei summam plus ullo alio regum in Europa possit et polleat, condigna habebitur ratio. Populus enim in hoc regno, qui Orthodoxam religionem profitetur, et de Tuae Serenitatis heroicis virtutibus ac rebus gestis, deque praeclaro tuo promovendae pietatis zelo per nos certior factus est, in maximo Te pretio ac

31 Publilius Syrus D 9.

32 Kézirat: Regine

existimatione habet admiraturque, proinde tanto volentior erit et proclivior egregios tuos et pro Republica Christiana susceptos ac deinceps suscipiendos labores debita et liberali collatione juvandi.

Quod si ad haec accedit, Serenissime Princeps, ut interdum de rerum tuarum statu et gloria invicti animi tui intentione ac proposito regem Britanniae aliquosque aulae Angliae proceres informari (ne malitia aliorum praevenire et falsa pro veris, sicut fieri solet, obtrudere possit) curas, aut nobilissimum ex illustrissimo fratre tuo nepotem, Petrum³³ hujus regni Academias invicare jubeas: aut alio tali modo, saltem parvam³⁴ ad archiepiscopum Cantuariensem,³⁵ Tuae Serenitatis studiosissimum declarationem aliquam dederis Tui in religionem orthodoxam zeli et in hujus regni incolas affectus: eo modo non solum cum Britanniae rege cooptam amicitiam magis ac magis confirmabis, sed imprimis hanc gentem, quae religiosissima est, pontificiamque superstitionem, ceu pestem adversatur, et principes, vel maxime ob verac religionis cultum et tenacissimam pietatis defensionem et tutelam aestimat, in majorem admirationem rapies et ad perpetuam benevolentiam et venerationem tuarum virtutum devincies. Nos quoque non deerimus officio nostro, sed quavis occasione fidem et obsequium ea, qua par est, promtitudine tibi declarabimus et nostras vires ac quicquid in nobis erit, ad³⁶ gloriae et existimationis tuae incrementum contribuemus. Ignosce, Serenissime Princeps, tam libere et importune scribenti, et facili vultu excusa literarum harum inscitam prolixitatem: affectus in Rempublicam et devotus in Te cultus causa fuit.

Plura autem digniora de rerum apud vicinos reges et principes statu nobilissimus Quadius, legatus Tuus referet, simulque audebit, Te de humillima et constanti mea devotione et voluntate pluribus certum reddere. Quod reliquum est, Deum continuis votis sollicito, ut Te, Serenissime Princeps, quam diutissime incolumem perpetuoque florentem

33 Bethlen Péter, iktári (1609-1646) id. Bethlen István fia. Nagybátyja, Bethlen Gábor külföldre küldte. Odera-Frankfurtban és Leydenben folytatta tanulmányait. Járt Angliában, Franciaországban és Itáliában. Peregrinációjához érdekes adalékokkal szolgál MONOK István Cseffei László 1592-1662. című cikke — Századok 1988. 622-647. 1628-tól hunyadi, máramarosi főispán lett.

34 Kézirat: parva

35 George Abbot (1562-1633) 1610-től canterbury-i érsek.

36 Kézirat: ac

conservet in solatium affectae, prostrataeque libertatis et religionis, atque semper victoriosum et triumphantem efficiat, et secundos successus omnibus conatibus tuis aspiret.

Dabam Londini III Non. Decembbris MDCXXVI.

7.

Hága, 1628. január 10.

Rusdorf Bethlen Péter útján küldi e levelét az erdélyi fejedelemnek. Beszámol arról, miként segítette Bethlen Pétert hágai, majd angliai utazása során. A politikai eseményeket - azok meglehetősen zűrös volta miatt — nem részletezi.

Serenissime ac Potentissime Princeps, Domine Clementissime!

Nobilissimus vir, Johannes Bornamissa¹ salutatione plena magnanimi favoris mihi a Serenitate Tua dicta, me pluribus certiorem reddidit de singulari Tua in me benevolentia et gratia; propterea non debui omittere, quin his parvis literis² devoto animo gratias, quas humili obsequio possem, agam et vicissim debitum ac constans meum studium ac cultum, quo Serenitatis Tuac augustam purpuram prosequor et adoro, declarem. Quemadmodum enim excelsam Tuam et humana majorem fortunam ac virtutem semper suspexi, et digna veneratione a multis annis colui, omnesque meas vires, studia ac voluntates ad Tuum nutum et imperium lubens merito submisi; ita in illo cultu et obsequio constans permaneo permansurusque sum

— — ofr' an egóge

Dzóoiszin meteó kai moi fila gunat' oróré

[Homer. Ilias (X/XXII 387)]

quoad ego

Vivis interero et mihi cara genua moveantur.

Hoc idem Illustrissimus Tuac Serenitatis nepos, Petrus de Bethlen, qui has meas tradet, et autor ac suasor exstitit scribendi, pluribus meo nomine confirmabit et attestabitur. In omnibus, in quibus potui, et vires meae se extendebant, generosissimo illi adolescenti, in quo invictae tuac

¹ Bornemisza János (szendrői) Bethlen Gábor katonai tanácsadója, 1627-ben kassai al-tábornok volt.

² Kézirat: literis

magnitudinis signa impressa legimus, operam meam et promptitudinem testatum feci: ad serenissimos regem et reginam Bohemiae, ad principem Auraicum³ ejusque conjugem, ac alios proceres, in hac civitate salutandos, alloquendos et videndos non semel deduxi. Cum hinc in Angliam discederet, impetravi ei a Serenissima Domina mea⁴ literas commendatitias ad regem Brittanniarum; simul etiam ipse ad unum aut alterum meorum ibi degentium amicorum scripsi, ut omni studio advenientem juvarent, amice exciperent, ad regem et purpuratos regni adducerent, et quae et visu cognitioneque digniora in aula et republica Britannica essent, monstrarent. Haec omnia libens feci et plura alia, si potuisse, fecissem, ut testatum tum meam in Tuam Serenitatem observantiam et fidem, tum affectum et studium, quo magnae expectationis adolescentem, vestrarum virtutum imitatorem, prosequerer. Gloriosum nobis inferioribus esse putamus, si quid vobis majoribus servitii et studii praestamus et delectamur, si a nobis aliquid proficiuntur, quod vobis gratum esse potest. Nam

Principibus placuisse viris noo n ultima laus est.⁵

De iis, quae Rempublicam attinent, nihil audeo scribere, tam quod omnia incerta, confusa et multa obscuritatis et discriminis caligine involuta et obnubta,⁶ ac propter infelicem et praeposteram rerum administrationem noxia et ingrata sunt, quam quod sciam, Tuam Serenitatem aliunde exactius et perfectius ea cognita et relata habere. Quid enim juvat consilia hodierna perstringere, cum vel nulla sint et fugacia, vel occulta, obliqua et fallacia, ut nihil de illis certi, solidi et veri dici, scribi, nec dijudicari possit?

*Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in sylvis, ubi coelum condidit umbra
Juppiter, et rebus nox abstulit atra calorem.⁷*

Talia sunt hodie consilia et actiones nostrorum principum, quos *in invio errare et non in via Deus facit*: ergo melius est, ea silentio involvere, quam importuna et obstrepera lingua explicare et reprehendere. Nihil igitur mihi aliud restat, quam Numen deprecari, ut Te, Serenissime

3 Oranien, franciául Orange-ról van szó.

4 V. Pfalzi Frigyes felesége, Erzsébet.

5 Horatius: I. Ep. 17. 35.

6 Kézirat: obnupta

7 Vergilius: Aeneis VI:270-273.

Princeps, incolumem quam diutissime servet, et semper florentem triumphantemque contra hostes tuos faciat, et vetricibus factis magis ac magis in afflictac Reipublicae Christianae solatium et spem accumulet.

Dabam Hagae IV. Id. Januarij MDCXXVIII.

II.

Illustrissimo Principi Domino Stephano Bethlen,¹ Comiti de Ictar etc.
Domino suo plurimum colendo

1.

London, 1624. június 13.

Rusdorf örömmel ragadja meg a levélküldésre a Szenci Molnár Albert közvetítésével kínálkozó alkalmat. Megemlékezik a Bethlen Istvánnal Heidelbergben együtt eltöltött időre. Méltatja a gróf erényeit, buzdítja és bízik abban, hogy a jelenben kibontakozó politikai szerepvállalása idővel még jelentősebbé fog válni.

Religione haberem, Illustrissime Princeps, si hac occasione, quae se commodum et inopinato per Reverendum virum Albertum Molnarum ad vos exciso Palatinatu in patriam redeuntem offert, insuper habita, negligarem memoriam mei, meumque in te obsequium, quod tuis sublimibus virtutibus jam tum, cum apud nos Heidelbergae studiorum gratia degeres, devovi, renovare. Benivolentia, qua me tum complecti dignatus es, et illa tua, non nisi magnis animis insita, prona comitas, me ad hoc officium scribendi invitant et accendunt meamque declarationem gratam acceptamque tibi fore spondent. Saepius mecum in animo meo felicissimi illius temporis imaginem repeto, qua rebus nostris florentibus et integris, tuo humanissimo consortio, affatu et consuetudine frui, tuas egregias spes contemplari et admirari, sermones de Republica deque invicti tui Patrui gestis et consiliis caedere licuit. Nunc demum temporum illorum felicitatem ex comparatione horum luctuosissimorum aestimamus: nunc agnoscimus, quantis fortunis et bonis exciderimus recordati illorum, quae tecum a nobis discedente amisimus bonorum.

¹ Ifj. Bethlen István, iktári (1606-1633) id. Bethlen István fia, váradi főkapitány. 1619-1620-ban Bethlen Gábor költségén Heidelbergben tanult.

Hoi gar kakoi gnómaiszi tagathon kherszin
Ekhontesz uk iszaszi prin tisz ek alé (Sophocles)
Nam homines stulti bonum in manibus
Cum habent, non sentiunt, priusquam amiserint

In eo autem magna pars felicitatis nostrae consistebat, quod tecum loqui, tecum conversari, tuum vultum aspicere, tuas virtutes oculis et mente signare et voto futuras spes praecipere dabatur. Suspeximus sane cum veneratione mixta amore egregias illas dotes tuas, patruis paternisque virtutibus aemulas; in juvenili pectore maturam prudentiam et virilem constantemque actionum moderationem admirabamur; in hospitio corporis decori excelsum animum et destinatum debitumque purpurae et sceptro vigorem venerabamur, Te column rebusque nostris praesidium et decus futurum augurabamur magnum.

Spodebatque Ducem celsi nitor igneus oris. (Claudia.)²

Exprimere angusto hebetis calami eloquio non possum, quantum voluptatem et gaudium percipiamus, quod Te Reipublicae curis a magno Patruo admoveri et in sollicitudinibus societatem acciri et successioni destinari intelligamus. Deo ergo merito gratias agimus, et tibi, Princeps include, gratulamur, et bona verba accinimus, et nobis ipsis placere incipimus, quod voti nostri compotes facti simus, et Te in solarium remediumque horum calamitosissimorum temporum Rempublicam capessere videamus. Sicuti nihil amoenius gratiusque mortalibus esse solet, quam videre solem, diei³ opificem exoriri, coelum intrare, tenebras et frigus disspellere, e supremo axe lucem et radios diffundere, terram et omnia, quae in illa sunt calore excitare, favore et augere: sic civibus et subditis nihil dulcius esse potest, quam cum vident principem curas publicas suscipere, administrationem regiminis adire, negotia tractare, e sublimi solio virtutum lumina spargere, otia et vitia fugare, vim sceptri exercere; generosis actionibus, exemplis et praeceptis animos parentium inflammare, oppressos et egenos fovere, collapsam Rempublicam erigere. Quem admodum e contra nihil tristius est, quam cum sol vel absconditus sub nubibus et terra latet, vel ab horizonte longius recedit, tenebrae et calizines statim succedunt, hyems et frigora imminent, nihil crescit, omnia commoriuntur et flaccent: sic quando⁴ princeps rerum frenos non sustinet,

2 Claudianus: De consulatu Stilichonis liber I. 45.

3 Kézirat: dies

4 Kézirat: quanto

sed latebris otii et ignaviae se abscondit, tunc extemplo socordia et neglectus Reipublicae succedit, omnia munia silent, nihil egregii domi militiaeque suscipitur nec patratur, consilia frigent, arma jacent, disciplina morum collabitur. De Te ergo, Magnanime Princeps, multum nobis promittimus, et majora adhuc speramus confisi tua in Rempublicam merita cresitura crescentibus tuis annis. Nos Te causae religionisque melioris partes semper et palam amplexum et secutum esse novimus, transfuso ab illustrissimo patre tuo, cuius pietas et integritatis candor cognitus est, amore et studio. Quin eas porro, et hac vel maxime tempestate, qua vestrorum talium ope attolli indigent, constanter sequi et tueri pergas, nulli dubitamus: ideo et preces addere audemus, et Te obtestari, ut istarum partium studia et emolumenta ubique imprimis apud invictissimum et incomparabilem heroa Patrum tuum, cuius vestigia aemulo pede premere soles, promovere continenter studeas, pro Tua etiam virili ea, quae noveris esse illis juvandis, praestes et annitaris. Ita Te Deus, Princeps Illustrissime sospitet, et incolumem florentemque diutissime conservet, et me gratiae et favoris Tui aura dignum reddat.

Dabam Londini Idi[bus] Junij MDCXXIV.

2.

London, 1625. január 27.

Rusdorf Strasburger Pál útján juttatja el az előzővel lényegében hasonló tartalmú levelét Bethlen Istvánnak.

Superioribus mensibus, Illustrissime Princeps, quando¹ occasio per Albertum Molnarum mihi data erat, renovavi commemorationem meorum obsequiorum et cultus, quem jam dudum et tum maxime, cum apud nos Heidelbergae esses, tuis sublimibus virtutibus et meritis deducaveram, ita nunc iterum, cum similis occasio se offerat, idem officium repetere, et constantem meam in Te observantiam et devotum studium recentare volui. Non solet ingrata superioribus esse repetitio officiorum ab inferioribus profecta; imo speciem et augmentum habet cumulati et aucti obsequii; silentio et omissione officii plus peccatur, quam importunitate; rubigine enim taciturnitatis obsolescit et intercidit obsequium non iteratum: iterando crescit et accumulatur, vel saltem in flore memo-

1 Kézirat: quanto

riac conservatur. Quin ergo haec scriptio et officii mei repetita et geminata oblatio tibi grata futura sit, non dubito; cum ex illa deprehendas constantiam et firmitudinem devoti mei in Te obscurum et cultus, quam nulla oblivio tematit, quam nulla actas consumet. Non opus est, ut Tibi in memoriam revocem, cum quanta veneratione et fide te coluerim, cum quanta promptitudine me Tibi obtulerim, cum quanta admiratione tuas virtutes et ingenui animi dotes, quando² adolescens adhuc eras et privatus nobiscum conversabare, suspexerim: Horum omnium Te probe meminisse novi, quia magnis et vulgi sorte exemptis animis insitum est, ut felicitate ea retineant et menti imprimant, quae ad virtutis et gloriae exhortationem et incitamentum facere solent. Meministi porro, quoties Tibi dixerimus, cum tuum in Rempublicam et religionem orthodoxam zelum et ardorem declarares, nos persuassimos esse Te, in invicti Patrui tui fortunam et vestigia cuntem, fato quodam destinari et vocari in solarium, spem et fulcrum concussi et agitati Orbis Christiani. In hac opinione et fiducia, haud vanis conjecturis et indicis fulta, magis ac magis confirmor, et me ipsum aliosque, quibus tuam pietatem, zelum in religionem, in Rempublicam magnanimitatem, similcsque³ non nisi Principe dignas virtutes tuas depingo, consolor et erigo, praesertim cum intelligamus Te a magno Patruo curis togatis et armatis adhiberi; strenuum esse in militibus exercitationibus, artibus imperatoriis, summam pietatem exhibere in exules, maximum testari ardorem in defendenda⁴ et propaganda vera religione. Felices illos successus, quos Patruus tuus solus inter omnes eos, qui causae et bello Bohemico contra domum Austriacam se implicuerunt, non aliis causis adscribimus, quam quod ad Dei imprimis gloriam et ad religionis incrementum suas expeditiones direxerit, et bellum majori cura et solertia administravit, quam alii. *Nam ubi homines, inquit prudenter, et in bellicis rebus excentur et ... faciunt, qui non istis consentaneum fit, optima spe cuncta plena esse.* Sed ne de multis abruam, contractiores faciam velorum epistolac, ut sic dicam, sinus.

2 Kézirat: quanto

3 Kézirat: similisque

4 Kézirat: defendendo

De publicis haud pauca scribere possem, quae excelsos animi tui impetus incitare⁵ et ad amplectendas rerum occasiones invitare possent; sed hic nobilis Paulus Strasburgerus,⁶ qui has tibi tradet, ea pluribus exponet. Omnia quidem perplexa sunt, et multis difficultatibus obstructa, sed vel ideo igncas vestras mentes, quae durioribus negotiis enitescere et arduum laudis maximo sudore parare solent, impellere et incendere debent.

— *Vile decus, quod non erexit praevius horror,*

Ingentes geminant discrimina magna triumphos. (Claud.)⁷

Unum adhuc restat, nimirum votum, quo claudere literas, quas ad principes viros scribimus, convenit et laudati moris est. Igitur paucis verbis sed copioso affectu Deum supplex oro, ut Te, Celsissime Princeps, diutissime incolumem servet bono publico et rei Evangelicae, et vota nostra, quae toties de Te concepimus, felici successu rata faciat.

Dabam Londini VI. Kal. Februarii MDCXXV.

III.

Illustrissimo Domino Petro Bethlen Comiti de Ictar, Serenissimi Principis Daciae ex fratre Nepoti

1.

Hága, 1628. január 4.

Rusdorf azt ajánlja Bethlen Péternek, hogy távozása alkalmából rendezzen lakkot és hívja meg rá V. Frigyes fiát. Diplomáciai elsoglaltsága nem engedi meg, hogy ő is részt vehessen ezen az ünnepségen.

Lugdunum Batavorum

Serenissimus noster princeps, Illustrissime Comes, hac septimana ad urbem vestram et ad consueta studia non revertetur. Paterna enim indulgentia concessit, ut hic in aula nostra per aliquot dies animum literarum labore et taedio, quod nescio, quomodo facilius viros principes, quam alios homines invadere et corripere solet, fastidientem recreet et quasi

5 Kézirat: incitari

6 Strasburger Pál svéd követ volt Erdélyben.

7 Claudianus: Bellum Pollentinum 294-295.

recollegat anapaëszissz en panti glükeia Ergò (requies in omnibus homini dulcis). Ita meo judicio haud inconsultum feceris, si misso e familiaribus tuis uno cures vel adhuc hodie, Serenissimum Principem ad epulas, quas paras in tuum discessum, invitari, sive venerit, sive emanserit, utroque modo tuae humanitati satisfecisti. Nam suffecerit ei honorem istum exhibitum fuisse, certe¹ cogetur agnoscere tuam in se observantiam et affectum. Nec vero dubito, quin Serenissimus Rex Friedericus, si intellicat, filium ad celebre convivium tam humaniter et cum tam luculenta benevolentiae declaratione vocari, et in illius potissimum honorem epulas tam opiperas institui, cum jussurus sit adesse et praesentem frui honore, quem ei cupitis exhibere. Quod me attinet, spero absentiam meam excusatam fore; nam video vix mihi tantum temporis relictum iri, ut ad vos excurrere queam. Expectamus enim Baronem Orionem, qui ab Electore Coloniensi certorum negotiorum causa ad Batavos mittitur, et propediem adventurus, in itinere enim est, et Brussellis huc venit, scribitur. Si illo appellente abessem, et Serenissimus Dominus meus opera mea uti necesse haberet; indignum foret, me alibi genio et otio cum sodalibus indulgere et dulcia carpere, obsonitarequie; praesertim cum Dominus meus praeter me hoc tempore alium neminem habeat, quem cum exteris de negotiis concernentibus res imperij et causam suam, agere velit. Qui principibus servimus, sumus apodzögdeisz anthropòi kai leónesz (sic) kroké dethentesz. (subjugi homines et leones chordula vincti) non possumus pro lubitu et arbitratu evagari et expatiare. At vos, dum licet et potestis et genua virent,

Illic omne malum vino cantuque levate)

Deformis aegrimoniae

Dulcibus alloquiis. (Horat.)²

Caeterum si aliqua in re Tibi³ possem probare obsequium meum et prontum studium, rogo paratissimo praescribas. In me enim, quantum quidem vires et conatus toti ad voluntatem tuam dedicati valuerint, nihil desiderari patias, nec aliquam partem officii mei claudicare sinam. Vale Illustrissime Domine, et me tui tuarumque virtutum cultorem crede!

Dabam Hagae Prid. Non. Januarii MDCXXVIII.

1 Kézirat: certae

2 Horatius: Epodus 13.

3 Kézirat: sibi

Hága, 1628. január 5.

Rusdorf ajánló levelekkel látja el Bethlen Péttert angliai peregrinációjára.
Jó utat kíván neki és a jövőben is felajánlj szolgálatait.

Literas Serenissimae Reginae ad fratrem Regem Britannorum in tui favorem, Illustrissime Comes, scriptas ad Te transmittere per hunc nuncium volui, ut tuto et in tempore ad tuas manus pervenirent. Reliqua etiam, quae meae curae commisisti, spero te effacta habere: nimurum literas publicae securitatis, deinde diploma Principis Auraici ad Thalassiaracham Ulissiponensem¹ pro navi commoda et bellica, quae Te in Angliam deducat. Si quid aliud restat, in quo possim opellam meam et promta studia testari, paratus expecto volutatis tuac praecepta. Cum enim naturae consentaneum sit, ut *officia a me inchoata, a te probata, coalescant* (Symm.), ut ille inquit, quid magis desiderare possum, quam ut saepius experimentum et exercitium facias meae in Te promptitudinis et fidei. Cacterum majorem in modum ab Te contendeo, ut non solum tuo me favore et benevolentia prosequi pergas, sed etiam ad patrios lares reversus, Serenissimo Patruo Tuo, cui devoto obsequio devinctus manco, de meliori nota commendes. Ego vero Tui absensis memoriam omni honore et cultu prosequar et Tui

uk epilészomai ofr' an egóge

Dzóoiszin meteó kai moi fila guvat' oróré (Homer Ilias)

non obliviscar, quoad ego

*Vivis interero, et mihi cara genua moveantur.*²

Si mea opera olim quoque uti velis, vel ex ipsa Dacia et ex ultimis terrae finibus mihi nota facias tua jussa; ubicunque locorum ero, constans ero in obsequendo et parendo. Intervallum maris et terrae, licet corpora distinxerint, non tamen officia et cultum, quae ab animo omnibus locis praesente proficiscuntur, impedire potest. Valeas quam optime, Illustrissime Comes, et itinere absoluto omni prosperitatis cumulo auctus aspicias lactis oculis gratissimos illos invicti Herois, Serenissimi Tui Patrui vultus!

Dabam Hagae Non. Januarii MDCXXVIII.

1 Vlissingen

2 Homérosz: Ilias XXII/387. l. 38. l.

IV.

Reverendo et Clarissimo Viro Alberto Molnaro, Theologo Ungaro

1.

London, 1624. június 16.

Rusdorf Molnár Albert gondjaira bízza a Bethlen Gábornak írott levelét, és még egyszer nyomatékosan arra kéri, hogy ajánlj a fejedelemnek a svéd királyi házzal való házasság tervét, és buzdítsa az angolokkal való kapcsolatfelvételre.

Grünwitzum

Literas, quas tuo hortatu, Reverende et Eruditissime Vir, ad Serenissimum Gabrielem, Dacie Regem scripsi, hic inclusas tibi mitto, quas in Pannioniam reversus illi reddes ea, quae rei et loco conveniens est, observantia et meorum studiorum testificatione annexa, tum commendatione meac in ipsum fidei tum excusatione audacis scriptio in conspectum tanti Herois ultro prorumpentis, prout in te recepisti et facturum esse mihi coram stipulatus es. Ne prolixus esse cogar, te maiorem in modum rogo, ut corum, quae tecum de Republica saepius locutus sum et inculcavi, Tuque in tuis adversariis seu pugillaribus in subsidium memoriae annotasti, memor esse velis, in primis quae de foedere et necessitudine cum Succo incunda deque matrimonio cum Reginae Sueciae sorore quaerendo et contrahendo monui et suggesti. Quid enim et Daco et Succo utilius, securius et honestius consuli et esse potest? Deinde operam da, ut si fieri ulla ratione possit, Serenissimus ille Princeps occasione captata scribat humanissimas ad Regem Angliae literas, eumque de amicitia et mutua benevolentia secum stabienda compellat, simul etiam operam suam pro Reipublicae salute defendenda offerat, et consilium, quo res in Germania collapsas restitui posse censeat, in medium proponat. Crede mihi, hoc non solum gratissimum futurum est, sed etiam magnam Daco apud Anglos et alios, qui de¹ ejus ingenio, moribus et consiliis non recte sentiunt, existimationem et laudem concitat et afferet. Scio Principi suadere quod oporteat, multi laboris et non cuiusvis hominis esse, sed viri undiquaque prudentissimi et sagacissimi, nec gra-

tum consilium ab illo, qui sponte se ingerit, ad deliberationem non vocatus aut consultus: attamen nonnunquam accidit, ut suasus et consilia, quae ex trivio et e transverso, ut si dicam, veniunt, non minus salubria et bona sint, quam ea, quae in sinu Senatus et in medilullio Curiae hominum prudentissimorum formantur, executiuntur et dictantur.

Pollaki kai képórosz anér mala kairion cipe.

Saepe etiam est olitor non importune locutus. — inquit vetus proverbium.²

Non autem curiositas me, sed amor in Rempublicam ista suadere jubet, examinentur, librentur et probentur prius, antequam rejiciantur et explodantur. Quid dicatur, et an utile, decorum et honestum sit, spectandum et expendendum est; non ad os et speciem loquentis, non ad conditionem consiliantis respiciendum.

Nullius sensum, si prodest tempseris unquam (Dionij Cato).³

Haec pauca, Doctissime Vir, ad te scribere volui, ut tibi essent instar mnemoszünou illorum, quae inter nos collocuti sumus et convenimus. Caeterum tibi felix ac faustum iter precor, ut salvus ac incolumis tam immensa laboriosae et longinquae viae spatia emensus ad patriam tui desiderantem bonis avibus pervenias. Vale et me tui amantem ama!

Dabam Londini ex Museo XVI. Kall. July MDCXXIV.

2.

London, 1626. június 16.

Rusdorf megköszöni Molnár Albert levelét, amelyben beszámolt Bethlen Gábor esküvőjéről. Az új fejedelemasszony kíséretébe tartozó nőtestvérének, Mária Katalinnak a hogylete felől érdeklődik. A németországi háborút a peloponneszoszi háborúhoz hasonlítva festi le.

Cassoviam

Quas ad me Cassovia dedisti, Reverende et Clarissime Vir, bene accepi; priorum tuarum, quas binas Te scripsisse ais, unas duntaxat redditas habui, et quidem ante sesquiannum. Quamquam jam dudum intellecteram, Serenissimam Catharinam Brandenburgicam conjugem Principis Gabrielis in vestris oris felicibus advenisse auspiciis, pergratum

² Erasmus: Adagiorum chiliadis primae centura VI. I.

³ Cato: Disticha III. 11. 2.

tamen fuit illud ipsum ex tuis etiam literis intelligere, in primis volupe fuit audire vos istic in illo remoto orbis tractu auspicatos esse nostrae orthodoxae religionis cultum in lingua Germanica. O quam bene, quam sancte fecistis! Nihil enim prius, nihil antiquius, nihil carius habere homines decet, quam pietatem veram, puram, simplicem ab omni sorde et luto opinionum et fictionum peregrinarum purgatam. Macti estote hac virtute, virtutum omnium principe et genitricē tén agathén gar merida ekszelekszeszthe hétsz uk afairethészetai af hémin (optimam enim partem elegistis, quae a vobis non auferetur)

hé gar euszebeia u szünthnészkei brotoisz

kan dzószi kav thanószin uk apollütai (Sophocl. Philoct.)¹

„*Pietas enim simul moritur cum hominibus,*

Et seu vivant seu moriantur, nunquam interit.”

Redeo ad tuas: miratus sum, et ut vere dicam, acgre tuli in illis mentionem nullam sieri meae sororis, Mariae Catharinae, quae in comitatu Serenissimae Daciae Principis isto venit, et gynaecei directrix et moderatrix est, nupta nobilissimo viro Ludingshausio Wolffio, ab illo tempore, quo in Daciam discessit, nihil literarum ab illa habui; ideo non sine causa sollicitus sum timens, nec aliquid humani ei contigerit. Serenissima Princeps Palatina vidua Electrix mihi scribit sibi nuntiatum esse illam iniqua valetudine conflictari kai deiniosz baszanidzeoszthai (graviter affici et discruciar). A febri enim vix liberatam nimis cito, viribus nondum redintegratis et solidatis iter illud in Pannoniam subiisse, sed laboribus et molestiis profectionis imparem remoruisse in peregrino, aeris et loci non assuetam. Quaeso, da mihi hanc operam, ut per Te sciam, quomodo valeat. Angor enim animo, et inter spem ac metum fluctuo. Me libera ista sollicitudine festinis literis et celerrimo responso.

Quae de misera mea patria scribis, et de bello Germanico, talia sunt, ut e tripode Phoebi prolata esse videantur; si et me aliquid dicere et profere in medium vis, non aliud in praesens occurrit, quam ut comparatione instituta paucis describam belli istius conditionem. Deinde formam ac statum rerum et consiliorum in Germania. Bellum, quod hodie tanto animorum contentione tantaque mole et vehementia in imperio Teutonico geritur, haud absurde mihi comparari et assimilari posse videtur cum illo, quod olim Athenienses et Peloponnenses invicem

1 Szophoklész: Philoktétész 1443-1444.

belligerarunt.² Nam sicut primo bellum istud — memorante Thucydide³ — et temporis diuturnitate ingens fuit, et tantis cladibus Graeciam, quantac non unquam in pari temporis intervallo sunt visae, pervastavit, neque enim tot urbes captae unquam desolataeque sunt tum a barbaris, tum ipsorum invicem intestinis armis (sunt quaedam oppida, quae capta incolas mutaverunt), neque tot homines patria sedibusque pulsi, tot caedes tum in ipso bello, tum seditionibus commissae. Quae vero prius auditu tantum accepta, minus re ipsa confirmata erant; postea non absona fidei visa sunt. Uti terrae motus ingentes, qui majorem terrarum partem conquassarunt, solis defectiones crebriores quam unquam superiore tempore fucrant memoratae; siccitates alicubi immensa, indeque orta fames, et (quod non minimam perniciem rebus intulit, ex parte etiam perdidit) pestilens ille morbus. Haec omnia simul cum hoc bello inciderunt: cujus autores fuerunt Athenienses Peloponnensiique rupto foedere, quod post Eubaeam expugnatam in triginta percusserant annos. Deinde sicut verissima causa⁴ belli, sed minime verbis agitata Athenienses fuerunt, qui Lacedaemonios potentiae viriumque suarum metu in arma egerunt.⁵ Quac autem in speciem palam cerebantur causae, ob quas raptis foederibus tum ad bellum hoc gerendum utrique impulsi verac non fuerunt. Pari igitur ratione hoc nostrum lacrymabile bellum tam diuturnitate quam pertinacia; tam universali emotione totius Europae, quam damnorum magnitudine in immensum excrescit, et a fine suo adhuc longe abest, duraturum usque dum omnia regna et imperia totius Europae concusserit et ambusserit. Germania nunquam in ullo bello, quo olim, vel etiam tempore Caroli V.⁶ flagravit tantas tamque diuturnas clades sensit, nunquam tot regiones devictae et devastatae fuerunt, nunquam tot urbes et provinciae integrae expugnatae, eversae et vacuae factae. Aliae ferro et flamma depopulatae, aliae vel ejectis in exilium vel interfectis viribus et puriorum sacrorum cultoribus cesserunt novis usurpatoribus. Nunquam tot homines illustres, tot Principes et Proceres patria sedibusque pulsi, tot caedes, supplicia, exilia, mortes et morte intollerabiliores persecutiones, tot truculentae conscientiarum violationes, religionum abolitiones et

2 A peloponneszoszi háború i. e. 431-től 404-ig tartott.

3 Thuküdidész: I. 23. 1-3.

4 Kézirat: caussa

5 Thuküdidész: I. 23. 4-6.

6 V. Károly 1516 és 1556 között spanyol király, 1519 és 1556 között német-római császár.

profanationes. Numquam crebriora prodigia, nunquam inauspicatores Planetarum conjunctiones aut cometarum novorumque siderum ominosiores apparationes visae sunt. Nunquam venti vehentiores aut immoderatores tempestates aut instabiliora et magis praepostera annorum tempora et vicissitudines, nunquam tam continui imbræ, tot sterilitates et humiditates, ex quibus famæ et varia ac inaudita morborum genera et pestilentia velut ex abyso profluxerunt, visa sunt. Deinde vera causa⁷ hujus belli minime celebratur memoria, nec vulgo cognita est, sed falsa et commentitia mentibus imperitac multitudinis imprimitur et promiscue ac communiter ab omnibus decantatur et creditur. Nam motus in regno Bohemo exortos et ex iis secuta mala Calvinistis, ut vulgo eos per convitium agnominant, imputanda esse dicunt. Hos enim autores et concitatores belli exstissem, hos rebellionem in Bohemia concitasse, contra legitimum suum Principem arma ariputisse,⁸ Regem Ferdinandum abdicasse, diadema regium ei abstulisse, Fridericum deinde Palatinum et socios coeptam rebellionem pertinacissime defendisse et fuisse, aliena sceptræ vi rapuisse, et per nefas usurpassæ: hanc esse causam⁹ et occasionem tam asperi et internecini belli plenis buccis, apertisque tibiis, tam scriptis quam concionibus im omnibus locis et compitis decantant. Cum tamen si veritas enucleanda¹⁰ et expromenda est, intolleranda¹¹ et magis et magis prorumpens Austriacorum et Pontificiorum insolentia et contra leges atque constitutiones imperii affectata et in fraudem Ordinum Principumque Protestantium usurpata dominatio, libertates Teutonicæ ab antiquo possessæ et sanguine partæ labefactio et innocentium contra fas et jus oppressorum gemitus et querimoniae, necessitatem arma arripiendi tam Bohemis primo, quam postea Germanis et sociis, in bellum Bohemicum inevitabile fati turbine abreptis et involutis imposuerunt. Initium belli dici quidem possunt Bohemi, sed non causa: primo verberarunt, sed non primi offenderunt et provocarunt. *Inter causas¹² et principia ac praetextus diligenter distinguendum esse —* monet Polybius. Vera ergo et certissima causa¹³ belli in Germania Pontificii sunt et Austriaci: hi

7 Kézirat: caussa

8 Kézirat: ariputisse

9 Kézirat: caussam

10 Kézirat: enucleanda

11 Kézirat: intolleranda

12 Kézirat: caussas

13 Kézirat: caussa

enim spreta et violata saepenumero pacificatione et foedere Passaviensi¹⁴ et constitutione pacis publicae et religionis flocci pensa, nihil omittentes unquam, quo crescentem et suspectam Protestantum felicitatem et incrementum supprimerent et coercerent, libertatemque qua Principes florebant ad invidiam caeterorum, convellerent et fastigium Caesareum imperiumque in omnes sibi acquirerent, Protestantibus, quos vulgo Calvinianos nominant, imposuerunt necessitudinem resistendi et arma in sui praesidium arripiendi.

Quod nunc formam et statum praesentem rerum in Germania attinet, sicut ille in partes et studia scissus, ita etiam confusus est, et varie considerandus venit. Ex una parte Pontificii sunt iique potentissimi, si consilia, societas ac concordiam animorumque consensionem, quae inter ipsos est, spectas; ex altera Lutherani hebetiori ingenio et stupidiori corde proditi, qui robur, quo pollent, non magis quam taurus agnoscere possunt; ultimi et omnium debilissimi Calviniani, sed mentis acumine et prudentia ac constantia animi supra vires caeteris praestantiores. At hi ab utrisque tam a Pontificiis quam Lutheranis oppressi et debellati in considerationem non amplius veniunt, sed pro derelictis ac tempositis habentur. Lutherani vero sibi ipsis nocuerunt et exilium accelerarunt, quod ad excindendos et perdelendos Calvinistas, quorum societate in omni discrimine uti, frui potuissent, atque eo melius ac potentius se defendere, quique instar muniminis loricae ipsis erant, auxilia, consilia et vires ac pecunias contulerunt. Pontificii enim imperium non minus in Lutheranos quam in Calvinianos expetunt, et utrosque in ordinem redactos volunt; hoc non aliter obtineri posse judicarunt, quam ad Lutheranos primum a Calvinianis abducerent et sibi conjungerent. Constatbat enim tantas in unum collatas vires a Pontificiis expugnari non posse, nec Pontificios istis perditis et excisis invalidos futuros ad Lutheranos perdomandos. Possent quidem adhuc Lutherani sociisque cum reliquis Calvinianorum omnes Pontificios sustinere: sed bellum gerere, ut haec verbis Periclis de statu Peloponnesiorum,¹⁵ cui Germanicus assimilis est, loquentis dicam, *adversus non aequalem apparatum nequeunt. Non enim unum aliquot habent publicum consilium, ex quo aliquid celeriter confiant.* Sed ut omnium est aquale suffragium: ita quia non sunt ex eadem gente, suum quisque commodum querunt, unde nihil in medium consultitur: *aliusquam acer-*

14 A passaui egyezséget 1552-ben kötötte a császár és a német fejedelmek.

15 Thuküdidész: I. 141. 6-7, 142. 1.

rime poenas in aliquem expeti vult, alius, ut quam minime res suae periculis exponantur, curat, ac cum tandem aegre convenient, brevi temporis momento de Republica deliberant, majore parte privata agunt, cum nullus speret, sua unius negligentia Rem publicam damno affici, sed aliis quoque aliquid pro se curae fore arbitratur, ita sub hujusmodi singulorum opinione non animadvertisunt, summam Reipublicae perire. Ante omnia pecunianum inopia, consilia ipsorum conatusque tardabit, belli autem occasiones nihil minus quam moras dilationesque expectant.

Ne me diffundam latius, et epistolae modum excedam, cogor abrumpere, quamvis libenter indulgerem calamo et ingenio meo licentiam evagandi et nostras res praesentes cum superioris aevi gestis comparandi.

Tu, Vir Reverende, quam optime vale et salve!

Dabam Londini XVI. Kall. Julij MDCXXVI.

V.

Nobili Viro Paulo Strasburgero

1.

London, 1624. november 30.

Rusdorf megköszöni Strasburger levelét, amelyben régi barátságukat selelevenítette. Őszintén örül barátja erdélyi követségének.

Hagam Comitum

Gratissimum mihi fuit, Nobilis Vir, me tam humanis, thymum facundiae et ambrosiam amoris spirantibus literis a Te compellari, et veteris, quae inter nos a teneris unguiculis fuit, amicitiae memoriam renovari. De constanti et firmo meo in Te affectu noli dubitare: Stabilitas enim animi mei et soliditas amoris nullam immutationem aut decessionem per tot annorum adversa, quae nos invicem separarunt, et in silentio alter cum altero vivere coegerunt, passa est. Tenax¹ et sincerus amicitiae cultor familiarumque officiorum probus socius non emutat affectionem, non alterat fidem inter tristia, nec absens, nec tacens. Utinam occasio se offeret, qua restatum ire possem, quantum Te amem et aestimem, et quantum tuas egregias virtutes et merita, in primis devoutam

illam in Rempublicam et meliorem causam² promptitudinem et animum,
qui plurimis indicis mihi cognitus est, suspiciam! Intelligeres profecto Te
esse

andra pantón filtaton emoi brotón

Virum omnium mihi amicissimum mortalium.

Vellem quam perlubenter, mi Strassburgere, et cupitis votis expecto,
ut tuis desideriis et honestissimis conatibus possemus praestare secu-
ritatem et effectum. Novi enim, quam utile foret rebus regum et prin-
cipum nostrorum, si auctoritate publica vel a Britanno, vel a Frederico
Rege, vel a Succo, vel a Dano tradita apud invictum illum Heroa
Gabrialem, Daciae principem, quem inter Europae dynastas ad rei
summam et contra Domum Austriacam plurimum posse semper judicavi,
negotia expedites, mandatis ad praesentem temporum et consiliorum
conditionem accommodis instructus. Dici³ non potest, quantum fructum
et emolumentum principes capiant, cum viros prudentes et catos agentes
in rebus apud amicos et socios constituant, illorum opera in communi-
candis consiliis et recipiendis informationibus usi. Quis vero ignoret ex
amicitia et culta cum Daco necessitudine maximam in Rempublicam util-
itatem redundaturam hac praesertim tempestate, qua illius principis
arma et societas tam necessaria sunt, et rerum occasiones, quarum segnes
viros principes esse non decet, omni studio et promta prudentia amplecti
acquum est, ut pote quae *eaedem nec diu nec semper occurunt,*
amissaque nec quicquam quaeruntur.

Sicut autem neminem Te scio ad id munus magis idoneum, ita
omnem operam gnавiter, quantum quidem pro mea tenuitate potero,
impendam, ut Tu ad illud voceris, et caeteris, qui pensare voluerint,
praferaris tuorum meritorum digna ratione habita. Quamquam noverim
Anglos haud lubenter peregrinos adsciscere et ad res gerendas applicare,
quod sibi, nescio, qua invidiosa opinione effascinati arbitrentur, parum
honorificum esse exterorum opera uti practeritis popularibus: tamen ut
tibi meam fidem, candorem et diligentiam approbem, agam et admittar,
quantum vires, ingenium et temporis articulus concesserit. Interea Te
valere Deum rogo, et me sincero amore tibi definitum esse hic consigno.

Dabam Londini XXX. Novembri Styl. V. MDCXXIV.

2 Kézirat: caussam

3 Kézirat: Diis

2.
London, 1625. január 17.

Rusdorf megkéri barátját, hogy adja át levelét Bethlen Gábornak, és legyen Erdélyben a protestáns fejedelmek közötti szövetség érdekében a közös érdekek állandó képviselője. Buzdítja arra Bethlent, hogy valamelyik német fejedelemségből válasszon magának feleséget és mielőbb küldje el követét Franciaországba és onnan Angliába.

Doweram.

Nullam occasionem bene de Republica merendi, Vir Nobilissime, praetermittere decet eos, qui Reipublicae curis mancipati sunt, et regum ac principum negotia expediunt: hinc mei officii interesse et Reipublicae opellam meam haud inutilem fore arbitror, si observata hac occasione, quae se offert, Te ad Serenissimum Daciae Principem discedente, non solum aliquid ad ipsum literarum darem, sed etiam parva quaedam in rem praesentem directa monita subjicerem, et in tuum sinum deponerem, Teque rogarem, ut illorum rationem condecentem, ubi illic appuleris, haberes. Licet non dubitem, quin memineris, quae in congressibus et sermonibus nostris tibi hisce diebus pluribus exposuerim et inculcarim, tamen ut vacillanti memorialae et diligentiae adjumento incitamentoque essem, has literas exarare et monitricum loco esse volui. Primo memineris epistolam meam ea, qua par est, fide et testificatione obsequii Serenissimo Principi Gabrieli tradere et de mea constanti in Rempublicam et optimos principes, inter quos ille agmen ducat, affectu et zelo certiorem reddere. Deinde cum commoditas fuerit, et societas propioris congressus patuerit, persuadere annitere, ut sumta occasione ad regem Jacobum, principem Carolum et ducem Bukihamiae, omnium consiliorum arbitrum scribat, sua studia et amorem offerat, et promtam Reipublicae junctis viribus juvandae alacritatem testetur: has literas non modo gratissimas futuras, sed etiam magnum pondus ad fundandam et conglutinandam inter ipsum et regem Angliae amicitiam pondus habituras docebis. Ad haec significare poteris me operam sedulam daturum, ut confederatione, quae inter principes et reges meliorum partium agitatur, progressum sortiente, illius condigna habeatur ratio. Interea consultum, ne dicam necesse fore, ut quamprimum me certiorem faciat, de mente et intentione sua et praeccipiat, quid a nobis fieri velit. Insuper declaret, tum quid ipse pro se praestare velit in communem Reipublicae salutem et in

foederis utilitatem, tum quid ad foederatos¹ sibi promitti et praestari desideret. Hoc enim requiritur in stipulatione reciproca et consentionali. Spero autem foederatos socios, foedere percuoso et ad umbilicum perducto, ad Dacum quoque missuros quendam, qui cum de omnibus certiorum faciat. Tum facile procurari poterit, ut foederatorum nomine virnotae et edecumatae fidei et prudentiae, Tu nimirum, apud istum principem continuus resideas, et publicorum negotiorum curam in illis oris geras. Porro noli oblivisci, quae toties inculcavi de matrimonio cum aliqua principe Germanica contrahendo. Nam Seremissimus ille Princeps et rebus et honori suo et meliori etiam causae² ac religioni consulet, si affinitatis vinculo se cum principibus Germaniae ejusdem secum religionis conligaverit. Quin matrimonium tale, sive cum puella e domo Brandenburgica sive e Palatina oriunda, successum sit habiturum sine repulsa, praesertim si principum animos sibi prius beneficio magnanimae promptitudinis rem communem juvandi devinxerit, minime gentium dubito. Denique operam dabis, ne negligat Princeps Dacieae occasiones cum Gallo amicitiam incundi et contrahendi. Certis enim incidiis et conjecturis praecconcipimus Gallum, qui de Daci consiliis, actionibus et gestis optime et quam honorifice sentit, hujus amicitiam ambabus manibus, si modo commodum fieri possit, amplexurum, praesertim hoc tempore, quo Gallus adhuc bello pro Rhactiae libertate illigatus est. Cum rex Galliac ad Dacum prius legationem et nuncium miserit, acquum est vel ex lege civilitatis, ut Dacus non minus ex suis quendam ad Gallum mittat, istum deinde illinc in Angliam si literis primum ad necessitudinem veluti gratum praestruxerit, commeare jubeat. Hoc modo amicitiae, ut ita dicam, scalam incipiendam esse, et scansili officiorum lege, veluti gradibus³ quibusdam ascendendam esse demonstrabis. Haec sunt, quae Tecum pluribus colluctus, et his literis monere et praescribere volui, ne corum dememinisses,⁴ sed commodo tempore et loco exequere. Uterque nostrum Reipublicae rem gratam et utilem⁵ sine strepitu et ostentatione exhibebimus, et gratiam a saeculo inibimus si ista ego monucrim, Tu vero approbaveris, et auribus istius Principis cum additamento instillaveris. *Summis imperii*

1 Kézirat: foederatis

2 Kézirat: caussae

3 Kézirat: gratibus

4 Kézirat: dememinisses

5 Kézirat: utilam

moderatoribus pia et decora suadentes instrumenta sunt boni saeculi (Sym.) — inquit ille. Si videris Dacum ad talia consilia promptum et inclinatum, et ea jam affectasse et exsequi, insta monendo et laudando, ut continenter et sine intermissione perget.

*Vela domus quamvis remige puppis eat.⁶
Acer et ad palmae per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.* (Ovid.)⁷

Sed ne in iis, quae ad institutum harum literarum non faciunt videar, lérein en u deconti kairó filoszofón ut poeta dicit, desino, et epistolam complico, si tibi primo felix et faustum iter optavero. Vade ergo bonis avibus, et viam secundis auspiciis ingredere, perge et confice. Vale jam quam optime filtrate kai beltiszte file et credo me te eksz ofthalmóv parafülatein.

Dabam Londini XVI. Kall. Februarii MDCXXV.

3.

London, 1625. február 8.

Rusdorf arra kéri Strasburger Pált, hogy oszlassa el a félreértésekét Bethlen Gábornál amiatt, hogy Mansfeld az ő levelével ellenéletes értelemben tájékoztatta a sejedelmet. Beszélje rá Bethlent arra, hogy igen hasznos lenne, ha levelet írna I. Jakabnak, Károly hercegnek, Buckinghamnak, sőt György canterbury-i érseknek is, akinél Rusdorf közvetítésével már több „pannóniai” megfordult.

Venetias

Non sine aliqua animi commotione, Vir amicissime, ex tuis et Samuelis Weissii literis intellexi, privatae suspicionis et indignationis objectum, causam¹ dedisse comiti Mansfeldio, cur literas et mandata, quae exigebamus et in rem praesentem illiusque expeditioni bellicae utilia fore aestimabamus, noluerit et recusarit expedire, aliquidve de sua intentione et conatibus ac consiliis per Te ad Serenissimum Dacie Principem perscribere. Ita solens est, ut bonum publicum plerumque vapulet a privatis simultatibus; *privata cuiusque stimulatio vile jam decus*

6 Ovidius: Tristia 5. 14. 44.

7 Ovidius: Ex Ponto 2. 11. 21.

1 Kézirat: caussam

publicum, inquit Tacitus.² Et sanc quis rem communem, ubi communio animorum non est, recte ministari putet? Saeva illa Dea discordia obstrigillat et remoram facit specibus nostris, et facultatem bene gerendae³ rei praecedit. Illa enim optimis consiliis ... offundit,

Inque animos odii fundens mala semina et irac
Et procerum mentes privata ad commoda torquens,
In commune vetat socios expendere curas. (Buchan).⁴

ut cum Scoto Poeta dicam, et nostri saeculi dissolutionem depingam. Dolebant autem cogitare periniquum esse, ut Appianus ait, propter privatas similitates Rempublicam in discrimen adducere, nec abutendum occasione ad explenda odia, sed potius Reipublicae donandas privatas injurias. Interea tamen nos in cursu nostrorum officiorum non decet deficere, aut immemores esse fidei, qua patriae et Reipublicae obstringimur, personas et partes nostras in hac rerum humanarum scena sustinere et peragere pergamus, et vel dissimulemus vel excusemus, vel corrigamus, quae a nostris choragis et praelutoribus male aguntur et peccantur. Spero autem ea, quae a comite Mansfeldiae omissa neglectaque sunt, brevi emendatum iri tam ab ipso, quam a rege domino meo, cum quo illum nunc esse conjecturis certis concipio. Nam diligenter et enixe monui ac obtestatus sum, et adductis omnibus rationibus demonstravi, omnino necessarium esse et rebus publicis utilissimum, ut ad Dacum de expeditione Mansfeldica aliquid scribatur, isque rogetur, ut et suam operam Reipublicae tempore opportuno conferat et impertiat. Tua prudentia et in Rempublicam zelus tantae sunt, ut noveris sapienter et specioso colore, obmissionem officii a Mansfeldio neglecti apud Dacum excusare,⁵ et anteverttere, ne ansam inde capiat, male de rebus nostrorum principum ominandi, interpreteturve privatis illis⁶ simultatibus et clandestinis inter se discordiis publicum bonum dilacerare et pessum dare: ac proinde consilia nostra et actiones derideat et explodat, seque a nostris principibus contemni et practeriri conqueratur.

2 Tacitus: Hist. 90.

3 Kézirat: gerentae

4 Buchanan, Georg: Deploratio status rei Gallicae sub mortem Francisci secundi regis.
— Vö.: Theodori Bezae... Poematum editio secunda, item ex G. Buchanano ...
excerpta carmina ... S. I., MDLXIX. Henr. Steph. 96. I.

5 Kézirat: excusare

6 Kézirat: illos

Quae sub fide silentii tibi concreddi, illa non dubito, quin sis cum solerti circumspectione Serenissimo Principi Gabrieli expositurus; inter caetera eorum vel maxime meminisse Te velim, quae de confederatione inter aliquot nostrates reges et principes incunda suggesti⁷ et instillavi. Ego quidem, quando ad maturitatem majorem res ista pervenerit et de successu foederis⁸ certi erimus, desudabo et connitar, ut ratio Dacieae principis condigna habeatur. Quod si interea aliquid ejus rei causa⁹ monere et praecipere velit, tanto confidentius et securius viam capessere potero, et minus ab intentione et voluntate illius aberravero. In mea sententia, quam de scribendis ad regem Jacobum et ad Carolum principem, ducem denique Buckinghamiae literis in animum induxi et tibi aperui, magis ac magis confirmor; non enim me fallet augurium felicis eventus. Quod si posses procurare, ut eodem tempore Princeps Dacieae ad Georgium Archiepiscopum Cantuariensem scribeberet, et calidam expressionem verae pietatis et sinceri constantisque in religionem orthodoxam studii et affectus declararet, suamque in suscipiendis propter professionem doctrinae evangelicae oberrantibus, patria exsulibus promtitudinem et benignantatem significaret, egregiam sane operam naves. Ejusmodi literarum materia¹⁰ et occasio sumi potest, a relatione et depraedatione humanitatis et comitatis, quam archiepiscopus uni et alteri Pannonorum,¹¹ quos ego ad ipsum adduxeram, exhibuit.¹² Quantum pondus et momentum habituae sint istius generis literae, si praeceps parum notitiae ad populum, quem magno religionis zelo flagrare et principes non nisi a pietatis cura et tuitione aestimare novimus, penetraret, sicut operam nos dabimus ut fiat, vix licet verbis exprimere. Non tantum dubitationem, quam complures de religione istius Herois, deque Dacieae Pannoniaeque regionum moribus et cultu falsis decepti et praeoccupati persuasionibus conceperunt, penitus eximerent; sed etiam immensum apud omnes et maxime apud Ordines regni amorem et gratiam scribenti Principi conciliarent: et talem opinionem in omnium animos

7 Kézirat: sugessi

8 Kézirat: federis

9 Kézirat: caussa

10 Kézirat: materis

11 Kézirat: Pannonom

12 Egy ilyen „pannoniai” volt Szenci Molnár Albert is, aki 1624. június 17-én dedikálta Institutio-fordítását (Hanau 1624) George Abbotnak. — Vö. DÁN Róbert-GÖMÖRI György: Szenci Molnár Albert Angliában. ItK 1978/3. 278-280.

demitterent, quae acernum ei honorem, Reipublicae vero magnum emolumenntum allaturae et certissimae ad futuram amicitiam inter Dacum et Anglum sanciendam tesserae¹³ loco futura esset. Nihil est, quod principi majorem autoritatem conciliet, nihil, quod splendidiorem existimationis lucem affundat, nihil, quod eum magis populo commendet, quam religionis et pietatis cura et affectio. Haec enim est arkhé pantón(!) arctón et jugis fons, ex quo profluunt et restagnant uberes virtutum, bonorum consiliorum, praeclararum actionum, felicitatis et autoritatis latices Dei ton arkhonta ta prosz tusz theusz fainesztha, aei szpoudadzonta diaferontósz, inquit Stagirites (oportet principem videri curare res divinas serio et vehementer). Sed me ne diffundam, literarum harum filum abscindo et finio. Verum prius

amfitheinai szé deré theló kheirasz
volo brachia circumducere collo tuo

et tibi vale ascribere. Vale igitur file szünektrafeisz emoji (Amice, mecum educate)!

Dabam Londini VI. Idus Februarii MDCXXV.

4.

London, 1625. december 31.

Rusdorf örömet fejezi ki Bethlen Gábor és Brandenburgi Katalin házasságához alkalmából. Ugyanakkor erősen kétélték abban, hogy Bethlen csatlakozni fog — kéréseinek megtagadása esetén és Mansfeld serege láttán — a dán-angol-holland szövetséghez. Az angol flotta az elszenvedett vereség ellenére újabb bevetésre készül.

Albam Julianum

Gratum mihi, Nobilissime Vir, et omnibus bonis Rempublicam amantibus viris accedit intelligere, matrimonium inter Electoris Brandenburgi sororem et Principem Daciae contractum esse. Cogitationes et providentiam meam jam dudum eo collimasse et me suasorem etiam et exhortatorem exstitisse mihi gratulor. Igitur bona verba adprecor, et opto, ut

— — collato pectore mixtos
Jungat in abrupta concordia longa catena.

13 Kézirat: tessare

Vellem ego sponsam jam in manus viri convenisse et pulcra prole¹ parentem esse: tanta spes mentem meam extrahit, tanto votorum desiderio copulam istam videre gestio. Elector Brandenburgicus regem Carolum per literas certiorem reddidit de ista nuptiarum pactione:² illas ego tradidi, et ea coram edisserui, quae in rem et honorem convenientium et contrahentium erant: laeto applausu et gratulatione nuncius iste exceptus fuit.

Foederis pactionem inter Danum, Britannum et Ordines Batavos initam esse disces ex Quadio, legato Principis Daciae. Quibus illa conditionibus et legibus fulta et referta sit, quidve de ea censeri possit, non est hujus desultorii et festinantis calami. Uno verbo dicam, quod Herodotus olim to palaion eposz inquit, hósz eü eirétai, to mé hama arkhé to telosz katafaineszthai veteri verbo recte dicitur, non statim cum initio apparere finem.³ Germani dicunt pulchro proverbio, *ad choream et saltandum non sufficere par calceorum, sed requiri in primis agilitatem sanorum et indefessorum pedum*. An Suecus, ad quem socii novi foederis mittunt, nomen daturus sit isti conventioni, sane dubitamus. Gabrieli Daco satisfaciendum est in ijs, quae petit; alias et foedus et foederatos deritebit et compressis manibus sedens rebus Germaniae se nequaquam immiscebit. Scimus Principem illum, licet magnanimum et invictum, non extendere rete suum, nisi sciat se aliquid capturum. Non hamo aureo, nec filo serico, sed ferreis uncis et ex equinis pilis contorto func piscatur. Laborem suum gratis commodare, operam ventis locare, sumitus frustra insumere, turpe judicat et exitiosum. Mansfeldius copias suas ei adducere paratus est; ideo misso huc nobili urget trium mensium stipendia, ut auctis et redintegratis signis progredi, et cum Daco se conjugere valeat. Sed parum gratus futurus est, nisi pecuniam Deam, omnibus acceptum et Vencere ac Cupidine potentiores, secum adduxerit. Quamprimum Dacus aspicerit copiarum Mansfeldicarum paucitatem, penuriam, indigentiam et dissolutam disciplinam, nae male de rebus, consiliis et spebus nostrorum principum ominabitur. Sed ne simus miseri ante tempus: istam sollicitudinem e somno non exito. Quod quidem Dacum attinet, hoc

1 Kézirat: prote

2 1625. december 9-én jött létre Hágában Dánia, Anglia és Hollandia szövetsége a Habsburgok ellen. A szerződés 14. pontja szerint a szövetségesek érdeklődni fognak Bethlen Gábornál, nem kíván-e csatlakozni a szövetséghez.

3 Erasmus: Adagiorum chiliadis quartae centuria V. LV.

ausim affirmare, sed absit verbo invidia, me meis informationibus et persuasionibus effecisse, ut et rex Carolus et hujus consiliarii longe melius et sanius de ipso et de ejus actionibus sentiant, quam tempore Jacobi, ubi talia non auscultabantur, factum fuit. Classis Angla ab infelici expeditione re infecta et cum pudore domum redire incipit: conatus omnes irriti fuerunt

Insonuere cavae sonitumque dedere cavernae (Vergil.)

Dispendium quod in Rempublicam redundant, conatibus istis elusis haud ita magnum esset, nisi in primordio regiminis, quo vel metus, vel fiducia et contemptus et autoritas paratur, accidisset. Non tamen propterea Angli se remissiores nec desides fore dicunt; quin injuria in majorem vindictam accensos majoribus viribus et animis deinceps rem acturos et correcturos esse fortunam vel errorem, ideo classem resecturos et anno sequenti novis supplementis restauratam emissuros, et hoc singulis annis facturos, prout obligentur confederationis. Hunc quidem calculum in abaco ponunt Angli; sed soli rationem computant non advocato in consilium et ad societatem subductionis hospite. Qui sine hospite computant, iterum putare necesse habent, sicut proverbio Gallico dicitur

heteron ti tu legein eszti to peponthenai

Inter se differunt dictum et factum.

Alia non occurunt calamo, nec in buccam nunc veniunt. Epistolium ergo hoc obligo et consigno atque illud khairein, quo omnes literas claudimus, ascribo.

Dabam Londini Pridie Kall. Januarii MDCXXV.

5.

London, 1626. január 14.

Rusdorf e levelével együtt Turi grósnak is levelet küld, amelyben arra kéri, készüljön egy színes kép Bethlen Gáborról az angol király számára. Ő gondoskodik majd arról, hogy a fejedelem is kapjon képet I. Károlyról. Javasolja, hogy a Frankfurtban peregrináló Bethlen Péter látogasson el Angliába is. Az angol külpolitika legsőbb gondja a franciákkal kötendő béke és a franciák bevonása a hágai szövetségbe.

Literas tuas praeterito mense Sextili bene accepi, tandem¹ quidem, quod Hagam transmissae erant, et in itinere longa viarum ambage facta delitescabant: quas priores Te scripsisse memoras non vidi, neque relationem illam, cuius mentionem facis. Doleo jacturam tam pretiosi laboris frustra insumti: aequo tamen animo eam ferre necesse est, tum ob longissimam intercapedinem viae, tum ob consueta, et quae cum aliis communia habemus, pericula. Nos propterea a consuetudine scribendi non desciscemus, desidia praetextum obtenturi, sed in perseverantia literarii munera constantes manebimus tuti conscientia mutui inter nos officii. Binas his inclusas mitto, quas oro, viris illis honestis, quorum amicitiam mihi tua prouratione parasti, tractas, et de meo in se affectu ac amicitia certiores reddas.

Illustrissimo Comiti Turrio aliquid scripsi de effigie² Serenissimi Principis Gabrielis ad vivum penicillo coloribus et arte depingenda, et ad regem Britanniarum mittenda: scis, quam saepe res ejusmodi adspectu parvae, inter principes instrumentum amoris et necessitudinis fucrint. In me recipio acceptissimam futuram, non solum, quia regem Carolum signis et tabularum imaginibus delectari novi, sed quia interveniente scitu Gabrielis Principis illam mitti constabit; operam quoque dabo, ut regis Britanniarum imago depingatur, et ad comitem Turrium atque ab hoc ad Dacum transmittatur. Sic isti duo principes se mutuo, licet oculis alienis, et longissimo locorum divortio disjuncti, aspicient. Petrum Bethlenum nepotem ex fratre Serenissimi Principis, Gabrielis Francofurti ad Oderam operam literis dare intelligimus: non male meo iudicio faceret, si antequam in patriam rediret, Angliam et has oras, aulam et Academias Britannicas³ peregrinandi causa inviseret; annitar et vates⁴ sum, cum omni honore, vel patrui contemplatione maxime, exceptum iri, et veluti tesseram hospitalem fore sociandae et coiturae firmae inter Anglos et Ungaros amicitiae.

1 Kézirat: tandem

2 Bethlen Gábor már 1625-ben szerződtetett arcképfestő Bécsből Gyulafchérvárra. —

Vö.: Magyarország történeti kronológiája II. 1526-1848. Budapest, 1983. 455.

3 Kézirat: Britannicos

4 Kézirat: vades

Unica regis Caroli cura in eo nunc versatur, quomodo pacem Rupellianis et religionis reformatae sociis in Gallis procuret; cum in finem misit legatos suos, comitem Hollandiae et Dudleum Carletonum, non tantum repetitum naves superioribus mensibus commodato Gallis datas, simulque pacem acquis, quantum fieri potest, conditionibus, Rupellanis impetratum, sed etiam expositum ea, quae Buckinghamius Hagae egit, confederatione cum Dano et Batavis pacta, et rogatum regem Galliac, ut vel nomen foederi det, quod vix sperari, imo nec peti debere ego semper judicavi, vel etiam et in occulto sub axilla, ut dicitur, aliquid opis ad Republicae salutem communem adjuvandam praestet. Viri prudentes et in ima rerum prospicientes, quibus præsens utriusque regni conditio⁵ cognita est, haud bonum augurium de ista legatione capiunt. Nam si pacem coimpetrat Rupellanis, hæc insidiosa erit et temporanea, timendumque sub pacis nomine involutum bellum. Res hodie in Anglia non ex utilitate publica, sed ex commode Bukihamii aestimantur; quid quid ad hujus fortunae securitatem conducit; illud bonum est et successum habet: quicquid vero adversatur, illud perniciosum et noxiū censetur et ad Thraces oblegatur. Deinde scimus oraculum Cominci⁶ verissimum esse, et experientia nostris annis, vel in hac conventione nupera matrimonii et incommodatione navium fidem luculenter facit. *Pactio*, inquit ille, *nulla unquam fuit facta inter Gallos et Anglos, in qua non ingenii vi et acrimonia Galli praestiterint, adeoque proverbio dicitur apud Anglos: Quoties cum Gallis praelio decertarint, victores se plerunque extitisse, quoties vero cum illis pacti sunt, detrimentum semper aliquod accepisse.* Hodie etiam manum viribus superandas crediderim, ita in omnibus a prisca virtute desciverunt pantósz metaballontesz tusz tropusz moribus plane immutatis; degenerarunt, tanquam poma succos oblita priores ut Poeta ait.

Nos nova consilia bellumque coquimus et meditamus, quomodo in hoc rerum et armorum concursu divertendo hosti in Alsatia, vel per Gallum vel per Marchionem Badensem,⁷ qui ad hanc expeditionem operam suam offert, et ab utroque rege Galliac et Angliae pecuniam conscribendis militibus petit, ignem belli accendamus:

5 Kézirat: conditio

6 Kézirat: Cominci

7 György Frigyes baden-durlachi őrgróf (1573-1638). Lemondott fia javára az uralkodásról, hogy V. Pfalzi Frigyes megsegítésének szentelhessse életét. Hadnagyként IV. Keresztyén dán király seregében harcolt. 1627-ben Holsteinnél vereséget szenvedett. Ezután visszavonultan élt.

Alla Zeusz takha pu médeto pant' apoleszthai
Hémcón d'en kamatoisszin etószia erga titheszthai
Sed Jupiter forte statuit omnia perdere,
Atque conatus nostros in rebus agendis frustrari.

Video enim consilia nostra oblectanti fato eludi fere omnia, et in nullis ceptis respondere fortunam nostris spebus. Nisi Dacus autem arma moveat et in campum egrediatur, et ab Oriente hostes adoriantur; noster labor non modo difficilis erit et sine successu, sed etiam nostra ruina res hostis stabiiliemus et augebimus. Quid est utilius pro Austriacis adversus nostros principes, quam quod hi in commune non consulant, nec junctis in unum viribus uno eodemque tempore et in diversis partibus bellum faciunt et immincant, urgeant et premant. Rari duo tresque principes minorum gentium se conjungunt ad commune periculum propulsandum, cum impetu quidem arma concutiunt; sed statim languescent et victi locum dant aliis ad eundem casum properandi. *Ita dum singuli pugnant, vincuntur universi.* Quis vero illos consociare potest et persuadere, ut simul omnes, percuesso aeterno foedere et inito bonarum malarumque rerum consortio, ingruant, inter se divisi sunt opinionibus et animis et nulla *mutua* opinio virtutis, nullaque morum et vitae consensio, sine quibus societas, ut ait Thucydides,⁸ et foedera nihil pollent, inter ipsos interceddit en gar tó diallaszszonti tész gnómész kai hai diaforai tón ergón kathiszontai, discordes enim animos facta quoque dissona sequuntur. Quamdiu autem alias aliud sentit, nunquam conjunctis viribus hosti obviam ire poterunt, unde necessario sequetur omnes libertatem amisuros. Sed quo expatrior?

Restat ut ascribat litera nostra vale.

Dabam Londini XIX. Kall. Februarii MDCXXVI.

6.

[London], 1626. március 10.

Rusdorf az angol országgyűlés idején röviden ír. Értesült Keresztesi Pál erdélyi követ előterjesztéséről a Portán. Hasonlóképpen igyekszik ő és Joannes Pesano velencei szónok is képviselni Bethlen Gábor érdekeit.

8 Vö.: Rusdorf Molnár Albertnek írott levelének hasonló fejezetéscit. —49.I.

Spero Te diversas meas, Nobilissime Vir, accepisse et ex illis, non pauca, quae res in hac propiore nostra Europa attinent, intellexisse: his perscribere multa non permittet temporis angustia. Uno verbo quod Angliam concernit, scito, omnem curam et consiliorum sollicitudinem in Comitiis stare: ea enim ante biduum cooperunt, sed ultra limen nondum sunt progressa, ita ut nihil neque de deliberationibus, neque de exitu certi possit scribi. Moris autem est apud Anglos, ut quando Comitia celebrantur, caeterae omnes consultationes et res, quae in quaestionem venire possunt, vel suspendantur, vel ad Ordinum decisionem remittantur.

Quid legatus Serenissimi Principis Daciae, Paulus Kerezessi de Nagii Mecger¹ apud oratores principum et regum christianorum in aula Ottomannica commorantes egerit, proposuerit ac petierit, illud nobis aliunde perscriptum est. Ego nunc in mandatis habeo, ut eadem illa apud Anglum proponam et urgeam: nec minus faciet orator Venetus, Joannes Pesano mihi amicissimus et intimus accepit enim a Republica sua similia mandata. Faciemus igitur quantum poterimus, incomparabilis illius Herois virtus meretur, et Reipublicae meliorisque causae² salus flagitat. Illustribus viris Lestio et Chusitio³ salutem per Te denuncio, et mea studia defero, quae tibi tota dicata et mancipata sunt. Vale ó filón moi tón emón szafeszstáte, o amicorum mihi candidissime!

Dabam raptim et volanti calamo VI. Idus Martii MDCXXVI.

7.

London, 1626. március 29.

Gönci Bálinttal küldi Rusdorf e levelet. Amiatt panaszokodik, milyen nehézkesen mennek előre a dolgok Angliában. Ismertette I. Károllyal és minisztereivel Bethlen terveit, amelyek közül különösen a dánoknak való segítségnyújtási készsége talált elismerésre. Az angliai országgyűlésen még mindig tart a Buckingham személye körül kialakult vita. A francia-spanyol háború befejeződött Itáliában. Rusdorf azt reméli, hogy Franciaország a

1 Nagymegyeri Keresztesi Pál 1603-ban Karánsebes alatt Székely Mózes egyik hadvezére volt. Majd Bethlen Gábor követe lett a Portán.

2 Kézirat: caussae

3 Liszti Ferenc vezette 1625 -ben azt a küldöttséget, amely Berlinben megkérte Bethlen Gábor számára Brandenburgi Katalin kezét. — — Csuti Gáspár Bethlen Gábor fejedelmi udvarmestere. Az 1624-es békétárgyaláson Bethlen biztosa volt.

protestánsok mellett fog hadba szállni. A bádeni választófejedelem is be kíván kapcsolódni a háborúba, de ennek Rusdorf szerint egyelőre nincs reális alapja.

Albam Julianum

Valentinus Goncius Ungarus, Nobilissime Vir, hoc ipso articulo temporis me accedit, mihi valedicit et discedit: cum autem sine meis literis ad Te venire grande nefas duxi, igitur tantillum morae impetravi, ut paucas lineas ad Te scribere et officium salutationis peragere licet.

Res veteri adhuc loco in Anglia sunt, et consueto ac inveterato gradu eunt, hoc est, testudineo, et si verum dicere fas est, onció. Sed quid volumus? To emfűesz

ut' aithón alópéksz,
ut' cribromoi leontesz
dialakszanto(!) éthosz (Pindar.)¹
natura insitos nec ardens vulpes
Nec rugientes leones
Mutaverint mores.

et nos speramus tardigradas, obstinantes,² pervicaces et recalcitrantes mulas mutaturas ingenium, et ad nostram voluntatem se flexuras? Deus, qui indolem et naturam unicuique infundit, sicut vult, ingenia hominum solus immutare potest; Qualem quisque animum infusum habet, tales etiam actiones producit et exercet. Regem Carolum et ejus ministros de generosis principis Daciae consiliis, quae nuper regibus Daniae et Frederico, domino meo, nec non Mansfeldio comiti communicare voluit, certiorum reddidi:³ plurimum aestimant omnes Herois istius egregias virtutes et gloriosa consilia, quibus Rempublicam Christianam ab imminentि jugo

1 Pindarosz XI. Olympiai ódájának epodosa

2 Kézirat: obstinantas

3 Ismeretes Bethlen Gábornak Alvinczi Péterhez 1626. július 27-én írott levele, amelyben amiatt panaszkodik, hogy „várjuk nagy avide az resolutiókat galliai, angliai, svéziai, dániai királyuktól cum assecuratione, kikhez mi is magunk emberit expediáltuk, együnnét sem érkeznek, az üdő interim foly, sőt fut... de nem tudjuk intentumukat az megnevezett fejedelmeknek, ...” (Bethlen Gábor fejedelem levelezése. Budapest, 1884. CCCXXVI, 341-342. újabb kiadása: Alvinczi Péter Magyarorság panaszainak megoltalmazása és válogatás prédikációiból, leveleiből. Sajtó alá rendezte: Heltai János. Budapest, 1989. Európa. 187-188.).

cripi et in libertate conservari posse judicat; praeceps illud omni laudi dignum est, quod Dano sublevando bellum, vel in Pannonia et Silesia, vel alia in parte concitare et movere paratum promptumque se offerat.

Comitia Anglica adhuc durant, et durabunt diutius, nisi per regem suerint dissoluta, sicuti timemus futurum. Infestis enim animis contra Buckinghamum Ordines insurgunt, cumque omnium malorum scaturiginem et venam vocant, quod rex aegerrimo animo fert, et propterea, tanquam patronus clientem illum suum defendit et innocentem esse vult. Ordines autem eo acrius instare et majoribus hominem criminibus onerare reumque peragere solent ac petere, ut cum rex a se amoveat, et dignis in eum poenis animadverat. Quod cum factum fuerit, tum nihil negaturos se esse regi, sed lubentissime in subsidium belli et ad necessitates publicas sublevandas pecuniam contributuros. Quis successus futurus sit, haud difficulter animo et conjecturis praecipi potest. Buckinghamius regem in potestate totum habet, eumque tanquam agyrtam aprum vel bubolum capistro circumducit; quandocunque igitur placuerit Comitiorum conventum dissolvere, faciet. Non enim permittebat, ut Ordines ad sui condemnationem descendere possint. Sed quae inde regi utilitas? virum populo suo exitissimum et cane pejus ac angue infestum proteget; et res regni sui in... et gravissimas difficultates implicant, sibi invidiam, odium et contemptum accerset, Rempublicam in extrema periculi novacula stantem deserere cogetur, imo ejus interitum accelerabit detractis, quae a populo placato habere posset, subsidiis.

Gallus de bello in Italia cum Hispano transegit, inconsulis imo insciis et indignantibus Venetis ac Sabaudo.⁴ Hic mos est hodie regum, ut pacis et belli tempora secundum suas commoditates et emolumenta judicent et moderentur; ad eos quorum vel maxime interest et quibuscum rem omnem ex foederum legibus communicare debent, parum respiciunt. Ista cum Hispanis transactione res Dano et Germaniac pereunti difficiliores redduntur, et animi imperatori adduntur. Hispanus enim defunctus bello Italico Caesari⁵ suppetias contra Danum et alios ferre potest: Vah, quam malo fato reges et principes in Europa impelli videmus: ipsi ad suam ruinam consiliis praeposteris et invicem contrariis, gradum struunt, et veluti cuniculos agunt. Cum socium alia in parte bellum movere animadverunt, ipsi rebus suis privatim consulantes pacem incunt, in amici-

4 V. ö. 15. I.

5 II. Ferdinánd

humeros tota belli mole transfusa. Utinam vero nunc Gallus⁶ nullis alibi
impedimentis distractus adminicula ad bellum Germanicum suppeditare
vellet, et caeteros suos confederatos auxilio se digno juvare! Quantam⁷
gratiam a Republica inire posset, et immortalem sibi gloriam parare? Hoc
optare licet, sperare non est acquum.

Marchio Badensis senior meditatur coquitque belli consilia, dum
hosti in Usatia, si Galli, Angli et amicorum pecunia juvatur, negotium
fcessere cupit; sed hae cogitationes longe absunt adhuc ab effectu, pe-
cunia, hoc est omnia deficiunt. Gallus et Anglus nihil obsfundent, ipsi enim
pecuniis indigent, et eas hinc inde corruspari coguntur. Sed Marchio rem
factam se habere putat, cum tamen meo judico remotissimus sit ab omni
spc. Multi solliciti et praefisi scopum tangere extra ipsum aggerum et
metum sagittam emiscerunt. Calamo meo properanti indulgere et frena
laxare non audeo, lator enim praesentium adstat et inhibet. Vale igitur et
salve pleiszon emoi kckharismene thümó plurimum mihi grata animo.

Dabam Londini IV. Kall. Aprilis MDCXXVI.

8.

London, 1626. december 4.

Rusdorf űszinte barátságáról biztosítja Strasburgert. Politikáról nem ír,
mivel a levél átadója, Quad úgyis mindenről részletesen beszámol.

Albam Juliam

Multa scribenda haberem, mi Amice, sed quia omnem rerum statum,
tum corum, quae in hoc regno, tum quae alibi aguntur, perfectius et
pleni ex nobilissimo viro, Quadio, qui tibi has tradet, et tres plus menses
apud nos morari et expectare coactus fuit, cognosces, merito supersedeo,
ne videar injuriam facere relationi disertiori et ampliori: mihi vero gratu-
lor me levari labore et fastidio scribendi. Nos valde miramur, quod tanto
temporis intervallo nihil abs te literarum habuerimus: proclive est ex tua
taciturnitate conjicere Te nostras, quibus ad te multa ad Rempublicam
spectantia perscripsceramus, non accepisse, alias procul dubio scripsisses,
quia tui intereret,¹ ne careremus tuarum literarum affatu. Si ergo nostrae

6 Kézirat: Galus

7 Kézirat: Quantum

1 Kézirat: interaret

perierte, de omnibus, quae scripsimus, tum etiam de mea constanti et prompta in Te voluntate et studio, denuo doceberis et informaberis per amicissimum illum et utriusque nostrum confidentissimum virum, cui exempla mearum literarum relegenda dedi, et multa alia tibi renuncianda et exponenda commisi: quotidie enim conversabamur, quotidie congregabamur, communitas vitac et victus inter nos collidianda intercedebat, quamdiu hic fuit: saepissime autem, etiam inter sermones nostros de Republica tui mentionem faciebamus et memoriam tuorum meritorum recolebamus, et Musae quam jucunda conversatio, quam libera collocutio! quam suavis congressus! quam mellitus convictus! Interiorum animorum recessus recludebamus; sensuum penitiorum scrunia aperiebamus: cogitationum secretarum intimos cistellas explicabamus. Scis amicum istum nostrum candidissimo esse pectore, et facundissimo ore: utrumque enim candorem et facundia grata temperie miscere novit. Sed ne retardem tuam cupiditatem ipsum audiendi, pausam facio.

Vale igitur, amice oculissime et tibi persuade me tuas virtutes Teque totum ex animo aestimare et amare.

Dabam Londini, pridie Nonis Decembribus MDCXXVI.

VI.

Nobilissimo Viro, Caspari Chusitio, Serenissimo Dacie Principi a consiliis, et supremae curiae Magistro

London, 1626. január 13.

Rusdorf röviden összefoglalja, hogy évek óta milyen nagy megbecsülés-sel és elismeréssel kísérte figyelemmel Bethlen Gábor cselekedeteit, és őt tekinti a protestáns Európa legkiemelkedőbb hősének.

Albam Julianum

Quod me tam amantibus literis, Nobilissime Vir, ultro compellare volueris, in eo summac benevolentiae signum mihi testatus es: ego quidem nihil in praesentiarum retribuere possum aliud, quam promittere me grati animi debito tam proclivem in me adfectum omni tempore agniturum et nullo non officii genere demeritum. Inprimis vero mihi gratulor, quod Tu in tanto apud Serenissimum Dacie regem honore et munere constitutus tamen mihi ultro tuam amicitiam offerre properasti,

quam sicut pronis obsequii ulnis cupide amplector, ita Deum precor, ut
eam non solum diuturnam et sine interruptione, sed etiam instrumentum
esse velit, quo res Serenissimorum nostrorum regum, quorum causa¹
inseparabili nexu colligata est, sociis nostris operis, et animorum
curarumque conjunctione promoveantur in Republicae afflictae solatium.
Nihil est, quod principum res magis attollat et promoveat, nihil quod
necessitudinem inter ipsos constrictam et contrahendam tenacius
astringat et conservet; quam mutua et sincera inter eorum ministros
amicitia et consuetudo officiorumque amor. Quod devotum meum obse-
quium et studium in Principem tuum serenissimum attinet: crede illud
tale esse, quale scribis tibi ab aliis relatum. Nam jam dudum invicto isti
Heroi mecum animum totum, quantus² is est, consecravi, et velut in sacri-
ficium libavi et attegravi; nullam si Numen annuerit, occasionem
practermittam, qua promptissimi obsequii fidem et venerationis debitae
cultum ubicunque locorum et gentium fuero, adprobare et testari queam.
Quid enim non mereantur istius Herois invidiam egressae virtutes, et in
rem Christianam magnanimo zelo continuati plus quam Herculei labores,
pace denique et bello perspecta inquies in Rempublicam sollicitudo?
Nemo majorem fidem, nemo promptiorem animum, nemo fortiorem
manum ad rem et religionem meliorem juvandam et restituendam
demonstravit, praestitit et declarvit; quam Pannonicus ille Camillus³

u peri men profrón kradié kai thümosz agénór
en panteszzi ponoisz —

*Cui maxime promptum cor, et fortis animus
In quoquaque labore.*

A plusculis annis, nescio, quo arcano impulsu et fatidico, si fas est
dicere, motu persuasi sumus, illum principem bathüpolemou temenosz
Arcosz (bellicos Martis delubrum), ut cum Pindaro dicam, sidus esse
lucidissimum, quod in Oriente a fato constinatum et consilio Dei⁴ fir-
matum est, ut rem Christianam non solum ibi praeerveset; sed etiam suo

1 Kézirat: caussa

2 Kézirat: quantus quantus

3 Camillus, Marcus Furius előkelő római patricius és hadvezér az i. e. IV. században.

4 Kézirat: consilio. Dei

tempore in propiori nostra Europa attollat. Illi astro se brevi favente
Numine, conjunget illud, quod in ultimo Septentrione exoriri⁵ et micare
videmus.

Haec gemina sidera si quac⁶ fides animum, si veris implet Apollo,
instar Castoris et Pollucis⁷ salutem naufragae Reipublicae ostendent,
pacem et quietem Europae reddent, libertatem ac animam expurgatae
religioni restituent. Sed haec non sunt angustis epistolae lineis inclu-
dendae, igitur contineo: Tu calamo calanti et sibi indulgenti ignosce et
crede, me tuum, Nobilissime vir, cultorem et ex animo amicum man-
surum constantem. Quam optime vale!

Dabam Londini Idib. Januarij MDCXXVI.

5 Célzás Gusztáv Adolfra.

6 Kézirat: Si qua

7 Castor és Pollux a dioszküroszok, akiket szokás volt az Ikercsillaggal azonosítani. Az önfeláldozó testvéri szeretet jellemzéte őket, és az embereknek segítségére voltak minden bajukban.

Zusammenfassung

Judit P. Vásárhelyi: Ausgewählte Briefe Johann Joachim von Rusdorf's

Johann Joachim von Rusdorf war eine bedeutende Persönlichkeit der Pfälzer Politik. Verhältnismässig jung wurde er Mitglied des Nebenrats in Heidelberg gewählt. Seit 1619 spielte er eine wichtige Rolle in der Aussenpolitik von Pfalz. Nachdem sein Herr, Friedrich der Fünfte, Kurfürst von Pfalz sein Königtum in Böhmen verloren hatte, wurde Rusdorf fünf Jahre lang Gesandter von Pfalz in der englischen Hauptstadt. Er hatte als Hauptaufgabe ein Bündnis zwischen Gabriel Bethlen, dem Fürst von Siebenbürgen und den protestantischen Ländern in West-Europa zustandezubringen. Zu diesem Zweck führte er eine grosse Korrespondenz. In diesen Jahren verstärkte sich sein Verhältnis zu Siebenbürgen. Seine Bemühungen waren nicht vergeblich. Am Ende 1626 schlossen Gabriel Bethlen und die Mitglieder der Hagaer Allianz (Dänemark, England, Hollandien) ein Bündnis.

Unsere Textausgabe enthält 22 Briefe, die Rusdorf zwischen 1624 und 1628 geschrieben hat. Die Adressaten der Briefe sind die folgenden:

Gabriel Bethlen, Fürst von Siebenbürgen (7 St.),

Stephan Bethlen, Nesse des Fürsten (2 St.),

Peter Bethlen, Nesse des Fürsten (2 St.),

Albert Szenci Molnár, gelchrter Literator und Theolog (2 St.),

Paul Strasburger, Gesandter in Siebenbürgen (8 St.),

Kaspar Chusitus, Hofmeister von Gabriel Bethlen (1 St.).

Die Ausgabe wurde aufgrund der handschriftlichen Kopie verfertigt, die in der Mitte des XIX. Jahrhunderts nach der in Kassel aufbewahrten Handschrift abgeschrieben wurde, und jetzt in der Bibliothek der Ungarischen Akademie der Wissenschaften zu finden ist.

Die Einführung der Textausgabe beschäftigt sich mit der politischen und literarischen Tätigkeit von Rusdorf, und versucht die Aufmerksamkeit mit kurzen Beispielen auf die charakteristischen Merkmale der Rusdorf-Briefe zu lenken.

**Magyar vonatkozású lovagi játék a heidelbergi fejedelmi udvarban
(1682)**

A wolfsbütteli Herzog August Bibliothek XVII. századi gyűjteményében található az a kolligátumkötet, amely a heidelbergi fejedelmi udvarban 1679 és 1684 között megrendezett lovagi játékok szövegkönyvét tartalmazza.¹ A kötet több nyomtatványa szereplői és tartalma miatt magyar érdeklődésre is számot tarthat.

